

et fin. Potieuli. S. m. Vuille. S. m. Angeli f. Bari t. S. m. Baroni f. b. m. Petri t. S. m. Vuillelmi f. b. m. Villani t. Sigefredus not. imp.

*Originate: F. 67. Nel verso, da mano del sec. XIII: Mugnarius Castaldo de Computo et Aldibrandus qd. Martini tenent terras, q. hic continentur.*

707. *Ciciana (Lucca), 24 Agosto 1111.*

A. MCXI, IX kal. sept., ind. iv. Nos Petrus et Dominico gg. ff. b. m. Dominichi per anc cartula pro animabus nostris etremedium offerrimus tibi eccl. et mon. Domini et S. Petri, qui est constructa et edificata sito l. et fin. u. d. Potieuli, ubi Petrus abbas preesse videtur, tres petis de terris nostris, quod sunt vineis, in l. et fin. Savingnano prope eccl. et plebe S. Pancratii; una tenentes: ambas capitae in terra Gerardina, lato uno in terra Iohanni et Martini gg. nostri, alio in terra Rolandina; secunda et tertia petis tenentes: capitae et lateras similiter. Seo offerimus nostram portionem, quod est medietatem, de duo petis de terris, quod sunt querjetis; una d. a Sala, tenentes: uno capo in via plubica, alio cum uno lato in terra Rolandina, alio lato in terra Gerardina; secunda d. Collesari, tenentes: ambas capitae cum uno lato in terra Gerardina, alio lato in terra de Avocato. Offerre previdemur, ut ab odierna die in ipsius eccl. et mon. suisque rectoribus in eorum sint im potestatem eas abendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. in l. et fin. Ciciana, prope eccl. S. Bartolomei. S. m. Petri et Dominichi. S. m. Rustichi f. b. m. Iohanni t. S. m. Bonipaldi f. b. m. (\*) t. S. m. Boniti da Santo f. b. m. Boniti t. Sigefredus not. imp.

*Originate: X. 31. Nel verso, da mano del sec. XIV-XV: Carta de Moriano.*

708. *Lucca, 18 Settembre 1111.*

A. MCXI, XIV kal. oct., ind. v. Nos Cigo qd. Rolamdi et Pagano f. meo, ego Pagano mihi consentiemtes genitore meo, per anc cartula venumdamus et tradimus tibi Tebaldo qd. Arduini homnibus cassinis et casalinis simulque terris et rebus nostris cultis et incultis, proprietatem et libellarie et tenimentis cum arboribus, quas abemus in l. et fin. Paganico prope eccl. S. Marie. Recepimus meritum, arg. pro sol. L; et pensionem debeatis remdere quisque anno den. v et dimidio. Pena dupli. Act. Luca. S. m. pater et filius, Pagano genitore suo comsentiemtes. S. m. Cicioni qd. Becti t. S. m. Bruni f. Ughi t. S. m. Caffarelli qd. Pacci t. Vuidi not. imp.

*Originate: Q. 105.*

709.

*Lucca, 20 Novembre 1111.*

A. MCXI, XII kal. dec., ind. v. Nos Hubertus f. b. m. Brunelli et Hermingarda iugales filia b. m. Morecti, ego Hermingarda consentientes mihi viro meo, ubi interesse videtur notitia de duobus propinquiores paremtes meos, corum nomina sunt: Rolando avunculo meo et f. b. m. Singnorecti et Vuidi g. meo et f. suprascripti b. m. Morecti, a quibus interrogata sum sequenter edicti paginam, per hanc cartula venumdamus et tradimus tibi Morecto presb. de eccl. et canonica S. Martini Luc. filio b. m. Teuti, ad pars et opus seo proprietatem tuam, tres petiis de terris; una in l. et fin. Via Mezana, quod est campus, tenemtes: uno capo in via publica, alio in terra suprascripti S. Martini, lato uno in terra S. Martini, alio in terra de ospitio S. Angeli et de ospitio S. Marie; quod est ad pert. mensuratas mod. I; secunda et tertia petiis, quod sunt canpora, in l. et fin. Surbano, qui d. Lei iudex; una tenemtes: uno capo in via publica, alio cum uno lato in terra Ildibrandini f. qd. Gherardi qd. Manti, q. fuit iudex, et in dimidiis fossis, alio lato in terra et dimidia fossa de ospitio S. Angeli, qui d. a Fforo; tertia tenemtes: uno capo cum uno lato in terra et dimidie fosse suprascripti Ildibrandini, alio capo in terra et dimidia fossa Viviani et Gratiani gg. ff. b. m. Vuidi qd. Ildibrandi di Muro, alio lato in terra Vuillielmi qd. Homodei et in terra S. Martini; quod sunt inter anbo ad pert. mensuratas mod. I et sist. v. Recepimus meritum, [an]ulum unum [aureum? pro] sol. DCXX. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalibus, Huberto coniugi sue consensi. S. m. Rolandi et Vuidi Hermingarde interfuerunt. S. m. Lanberti et Gherardi gg. ff. suprascripti Rolandi tt. S. m. Vuillielmi f. suprascripti Huberti et Ildibrandi f. Benenati tt. Rodulfus not. imp.

*Originale: E. 117; Regestum B, c. 7. Il Reg. B ha: Rubertus et Mngarda iugales qd. Brunelli vendiderunt presb. Benecto canonico S. Martini tres petias terrarum in Via Messana. MCXI, XII kal. dec. Manu Pandolfi not.*

710.

*(Prima del 26 Dicembre) 1111.*

« Offersio ad canonicam S. Martini a Uguccione qd. Uberti iudicis et Raimundo qd. Betti de una petia terra in Via Meçana, q. est star. XIII, pro anima Gerardi Mannaiole; quam comparaverant (pro) sol. cc a Morecto presb. canonico S. Martini; que tenet: caput in via publica, alterum in terra predicti Morecti, latus in terra S. Martini, alterum in terra hospitalis S. Marie et S. Michaelis. A. Domini MCXI ».

*Regestum A, c. 27. Cf. il reg. seguente.*

711.

(29 Dicembre 1111?).

« Commutatio eccl. B. Martini cum Lamberto qd. Villani de terra nostra de Selce, pro qua recepimus ab eodem iuxta terram, quam obtulit supra predictus Uguiccio et Raim(un)dinus,<sup>1</sup> xi star. de una cultra in Via Meçana, et de duobus star. de aliis duabus petiis in Sorbano tertiam portionem. Illa de Via Meçana tenet: caput in via publica, alterum caput cum latere in terra S. Martini, alterum latus in terra hospitalis S. Michaelis de Foro et hospitalis S. Marie Maioris; secunda de Sorbano tenet: caput in via publica, alterum caput cum latere in terra Ildebrandi qd. Gerardi iudicis, alterum latus in terra hospitalis S. Michaelis; tertia de Sorbano Lei iudicis tenet: caput cum latere in terra predicti Ildebrandi, latus in terra Viviani et Granni gg. qd. Guidi de Muro, alterum in terra Guilielmi qd. Homodei et in terra S. Martini. Que due petie sunt cultra una et star. v ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 27.*

<sup>1</sup> Cf. il regesto precedente, cui si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: De quibus dedit cum aliis, qui fecerunt commutationem nobis, ut inferius dicetur, duo star. Per la data cf. i tre regesti seguenti.

712.

(29 Dicembre 1111?).

« Commutatio cum Bruno qd. Rustici de eadem terra de Selce<sup>1</sup> pro tertia parte, pro qua recepimus ab eodem xi star. de predicta terra de Via Meçana et tertiam portionem duorum star. in predictis petiis de Sorbano Lei iudicis ».

*Regestum A, c. 27 v.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. precedente e il seguente, ai quali si riferisce. Per la data cf. il reg. precedente e i due seguenti.

713.

(29 Dicembre?) 1111.

« Similis commutatio<sup>1</sup> cum Villano qd. Iohannis de xi star. terre in Via Meçana de predicta terra et de tertia portione predicatorum duorum star. in predictis duobus petiis de Sorbano pro alia tertia parte orti de Selce. A. MCXII ».

*Regestum A, c. 27 v.*

<sup>1</sup> Cf. i due regesti precedenti, ai quali si riferisce. Per la data cf. i due regesti precedenti e il seguente.

714.

29 Dicembre 1111.

A. MCXII, IV kal. ian., ind. v. Nos Villanus qd. Iohanni et Mingarda iugalibus qd. Boni et Lambertus f. suprascripti Vilani et Brunecto qd. Rustici et Letitia iugalibus filia qd. Meli, quia vos Ubertus archipresb. et Vuidi cantor presb. et Ge-

rardus presb. et Morectus presb. et Bonius presb. et Omodei presb. et Scocto diac. et Rolamdu subdiac. et Ugo subdiac. canonici et ordinatis de eccl. et canonica S. Martini, qui est posita infra civ. Luc. prope muro ipsius civ., dediste nobis meritum, una petia de terra, quod est ortale cum arboribus, in l. Silice prope eccl. S. Bartiolomei, pertinentes a pparte predicta eccl. et canonica, nos iugales consemtiemtes nobis viri nostris, et ego Lambertus mihi consemtiemtes genitore meo, per anc paginam repromietimus vobis, ut nullo tempore non abeamus potestatem, nec nos iugalibus seu Lambertus neque nostris eredibus, vobis neque ad subcessoribus vestris imtentionare neque molestare nulla per mensura ad pert. mensuratas mod. uno et sist. xiii de tres petiis de terris, que sunt campis; una, q. est in l., (q.) dicitur Via Methana, et dui que sunt in l. Sorbano Lei iudicis; quas vobis per cartula Vuidi not. imp. ex commutationem obvenit ad nos ipsis. Pena: arg. libr. xx. [Atc. ...] S. m. iugalibus et Lamberti [...]. S. m. Cicioni et Enrichi et A(n)geli gg. qd. Becti et Vuidi et Lamberti qd. Mili tt. Vuidi not. imp.

*Originale:* F. 170; *Regestum A, c. 27 v.* *Il Reg. A:* Repromissio a predictis tribus hominibus (*cf. i tre regesti precedenti*), cum quibus fecimus predictam commutationem, scilicet de una cultra et medietate in Via Meçana insimul et duobus star. in predictis duabus petiis de Sorbano. A. Domini mcxii.

715.

*Lucca, 8 Febbraio 1112.*

A. MCXII, VI id. febr., ind. v. Ego Petrus f. b. m. Iohannis per hanc promissionis cartulam et convenientie pacis or et promieto tibi Huberto archipresb. ego quidem Petrus dum vixero et filii et nepotes mei et deinceps coloni, quod vulgo maneste dicuntur, tui et de confratribus tuis canonicis S. Martini vestrisque subcessorum perpetualiter esse concedo in cultura et re illa massaricia, quas habetis infra iudicaria de plebe S. Petri de Campo Maiore u. d. Mothatico, ex parte prediecte eccl. et canonice S. Martini, et omni tempore promicto ibidem abitandi et residendi ad regendum et lab. atque gubernandum terras et res vestras, q. esse videntur de prediecta cultura et re massaricia cum sua pertinemcia et iacentia, et potestatem nos inde exeundi et in alia parteabitandi penitus excludo; et si aliquo in tempore hoc fecerimus, potestatem cogemdi ibique nos revocandi non denego. Et inter qui et kal. novenbris plus proxime promicto ibi reversurus abitandi. Promicto una cum meis heredibus, si hec taliter non fecerimus, spondeo componere vobis penam arg. libr. x. Et ego neque mei heredes non abeamus potestatem ibi revertendi vel abitandi aut exinde causandi. Act. Luca. S. m. Petri. Conradus not. imp.

t. ss. S. m. Heinrichi f. qd. Bonfilii et Lanberti f. qd. Rustichi,  
q. fuit cl., et Ildebrandi f. qd. Gerardi tt. Hugo not. regis.

*Originale: C. 23. Nel verso, da mano del sec. XII: Repromissio, quam fecit Petrus de manentatico.*

<sup>1</sup> Il passo ibi reversurus abitandi è su rasura.

716.

*Lucca, 26 Marzo 1112.*

A. MCXII, VII kal. apr., ind. v. Ego Petrus diac. f. Petri, quia convenit una tecum Petrus abbas de eccl. et mon., cui vocabulum est B. S. Petri, de l. et fin. Potheoli, ut inter nos de aliquantis rebus conmutationem facere deberemur, proinde modo per concessione et investitura, quas suprascripto Petrus abbas fecit in manum suprascripti Petri diac. et Henrichi presb. missus Petri abbas, per hanc cartulam in conmutationem dare et tradere videor tibi Petrus abbas et Henrico presb., ad pars eccl. et mon., una petia de terra mea cum cassina super se seo curte et orto et canpo, insimul conpreensa, in l. et fin. Paganico, prope eccl., S. Marie, tenentes: uno capo in via publica, alio in via et simula, lato uno in terra S. Marie et in terra de filio Iochi da Brancalo, alio in terra suprascripte S. Marie et in terra Donti. Est ad pert. mensuratas mod. IV et sist. V. A te Petrus diac. in conmutationem accepit ad vos tres petiis de terris pertinentibus eccl. et mon. vestro; duo, quod sunt ortora, in l. et fin. Valiano, una tenentes: uno capo cum uno lato in viis publicis, alio capo in terra Baroncioni et in terra Menconi, alio lato in terra suprascripti Baroncioni; secunda tenentes: uno capo cum uno lato in viis publicis, alio capo in terra Porcarese, alio lato in terra Frederighi; tertia, quod est campus, d. Cafagio Donnucci, tenentes: uno capo in via publica, alio in terra S. Stefani et in terra Lanberti diac., lato uno in terra de nepotibus Singnorecti qd. Ceci, alio in terra Herimondi. Sunt ad pert. mensuratas mod. II et dimidio; et in conmutationem dediste mihi de pars eccl. et mon., arg. sol. CXL de den. de moneta de Luca. Pena dupli. Act. Luca. Petrus diac. ss. S. m. Vuidi f. b. m. Petri et Bellomi f. b. m. Beriti tt. S. m. Iohanni f. b. m. Vitali et Becti f. b. m. Dominichi tt. S. m. Baroni f. b. m. Petri et Petri f. b. m. Beriti tt. Rodulfus not. imp.

*Originale: Q. 89.*

717.

*Lucca, 31 Marzo 1112.*

A. MCXII, prid. kal. apr., ind. v. Nos Bellindone f. b. m. Chorbi, q. fuit not., et Matilda iugalem suam et filia b. m. Ildebramdi, q. fui iudex, q. Manto fuit vochatus, ego Matilda com-

sem tientes mihi viro meo, ubi interesse videtur notitia Flaiperti iudex imp., ad quibus interrogata sum sequenter et dicti painam, per anc cartula pro animabus nostris remedium hofferrimus tibi eccl. et kanonicha S. Martini, qui est constructa et diffichata infra civ. Luc., iusta muro istius civ., nostram portionem de una petia de terra in l. et fin. Marllia u. d. a Picciliatico, tenentes: anbas capitae cum anbas lateras in viis publicis.<sup>1</sup> De as petia, q. est campo, competi nobis quartam portionem. Si aliquando nos vel nostris eredibus a suprascripta eccl. et kanonicha et a illi presbiteri et diaconibus seo cl., q. ibi a commune vita ibi ste(te)rit et abitaverit et in eccl. ibi officium Dei fecerint, inn aliquo intemtionaverimus et nom defemsaverimus, spomdimus componere suprascripta nostra portionem in dupplum. Act. Lucha. Bellindone et Matilda, Bellindone comius sua comsemsi. Flaipertus iudex et missus imp. interfui. Et ista cartula sunt testimonis: Vuido f. b. m. Raimundini et Ildebramdino f. b. m. Rodulfini, q. fuit not., et Albertino f. b. m. \* \* in ac cartula rogaverunt per testimonium. Sighinulfus not. imp.

*Originale:* I. 85; *Regestum A*, c. 8 v. *Il Reg. A:* Offersio a Belindone qd. Corbi eccl. B. Martini de una petia campi in Marllia, prope plebem eiusdem loci u. d. Picciliatico, modo vero dicitur Lisiatico, et dicitur Ortus Barucci; que est, ut in cartula quadam, que videtur designare predictam terram, star. LVIII; que tenet: caput cum latere in viis publicis, alterum latus et caput in viis publicis. A. Domini MCXII<sup>o</sup>; de qua obtulit quartam portionem.

<sup>1</sup> *L'orig. ha:* pluciis

718.

Lucca, 19 Aprile 1112.

A. MCXII, XIII kal. madii, ind. v. Ego Cecio f. b. m. Martini per hanc cartula vind[o] et tradō vobis Vuido f. b. m. Allucciori et Giordano f. b. m. Ceci tres petiis de terris in l. et fin. Arsina; una, q. est oliveto cum casa super se, u. d. a Quercieto, tenentes: anbas capitae cum uno lato in terra qd. Rolanducci qd. Anselmi, alio lato in terra Alluccioni; secunda, q. est vinea et uliveto, u. d. inn Anghio, tenentes: anbas capitae in terra suprascripti Alluccioni, lato uno in terra S. Marie de Arsina, alio in terra Petri g. meo; tertia, q. est vinea, u. d. a la Prungna, tenentes: uno capo in terra predicti Alluccioni, alio in terra Ildibrandi qd. Vuillielmi, lato uno in terra de filii qd. Gerardi qd. Huberti, alio in terra similiter Alluccioni. Vobis eas vindo et tradō una cum omnibus terris et rebus, quantas michi in suprascripto l. et fin. Arsina sunt pertinentibus. Recepit meritum, arg. pro sol. x. Act. Luca. S. m. Ceci. S. m. Bernardi f. b. m.

Villani et Petri f. b. m. Saracini tt. S. m. Tassoni f. b. m. Alberti et Lanberti f. b. m. Adami tt. Bonefatius not. sacri pal.

*Originale: C. 78. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Bonefatius: Ista cartula est facta in eo tinore, ut si ego Cecio vel meis ereditibus parati fuerimus quacumque die inter qui et kal. nov., qui plus proxima ventura evennerit, ad dandum et perexolv. vobis Vuido et Giordano vel ad vestris ereditibus, arg. sol. x de den. de moneta de Luca, xii den. per singulos sol. rationatos, et prode per singulos mense den. iv de moneta de Luca, quod vos sol. et prode infra suprascripto comituto recipere debeatis, et ista cartula michi vel ad meis ereditibus rendere debeatis; et si infra constituto sol. et prode vobis perexolti non abuerimus, vos et vestris ereditibus suprascripta res ad proprietario nom. heas abere seu fruere debeatis et faciat quicquid volueritis, absque omni calunnia. Poi: Cecio promissio, pos trasacto, vobis Vuido et Giordano, pena: libr. iii arg., merito, argentum, tt. suprascripti et ind. suprascripta. Nel verso, da mano coeva: Pingno da Cecio; e poi da mano del sec. XII-XIII: In Arsina, non nostra.*

719.

*21 Aprile 1112.*

« Offersio Petri cl. qd. Gerardi de tertia portione vi cultrarum<sup>1</sup> in Savaliana;<sup>2</sup> capita et latera in carta non continentur. A. Domini MCXII ».<sup>3</sup>

*Regestum A, c. 33; Regestum B, c. 50.*

<sup>1</sup> Segue Ronco espunto. <sup>2</sup> Il Reg. B ha: in confinibus Savaliane, e da mano coeva nell'interlineo: Ronci <sup>3</sup> Il ms. aggiunge: Has tenuit Guido qd. Gerardi pro xii star. grani. Il Reg. B ha: Manu Rodulfi not. MCXII<sup>o</sup>, xi kal. madii.

720.

*Lucca, Giugno 1112.*

A. MCXII, im mense iun., ind. v. Nos Ugo et Thabolini et Bernardus gg. ff. qd. Omodei, quia tu Petrus abbas de eccl. et mon. S. Petri, qui est posita et edificata in l. Potheule, dedisti nobis meritum, aureum pro sol. LX et pro alia mobilias et proprietate et tenimentis, per anc paginam repromictimus tibi, ut nullo tempore non abeamus potestatem, nec nos neque nostris ereditibus, tibi neque ad tuo subcessores intentionare neque molestare nulla de omnibus casis et terris et rebus tuis illis cultis aut incultis, mobilem aut immobilem, quod Barone qd. Petri dedit ad pars predicta eccl. S. Petri seu mon. Pena: arg. libr. xx. Act. Luca, prope pusterula, (q.) d. Pagani. S. m. gg. S. m. Petri qd. Luli et Vuidi f. Rustichi tt. S. m. Uberti qd. A(n)geli et Ildebrandi qd. Belli et Desalvi qd. Uberti tt. Vuidi not. imp.

*Originale: R. 84.*

721.

*Lucca, Settembre 1112.*

A. MCXII, in mense s[epet.], ind. vi. Ego Alluccione qd. item Allucci per hanc cartulam pro anime mee remedio offer[o] tibi eccl. et canonice S. Martini meam portionem de una petia de

terra, q. est vinea et oliveto et castanieto insimul, in l. et fin. Turre u. d. a Fiorle; que: unum capud tenet in via publica, aliud [cu]m [un]o lato in terra (eccl.) et mon. S. Iustine, aliud latus in terra Sigefredi qd. Sigefredi cl. Competit michi tres portionem. Offerre prevideor, ut ab odierna d[ie] in ecl. canonica S. Martini et in illis presb. et cl. q. ibi pre tempore fuerit et communem vitam duxerint, in eorum sint potestate suprascripta tres portionem habendi et usumfructuandi, retem(to) michi usumfructum, dum vixero. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Alluccioni. S. m. Bernardi qd. Huberti, q. fuit iudex, t. S. m. Oppitii qd. Ildebrandi, q. fuit not., t. S. m. Pandolfi [q]d. Bonaldi t. Hugo not. regis.

*Originale: C. 87; Regestum B, c. 53 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII: Offersio ab Alluccione etc. u. d. a Fiorle; e da mano del sec. XIII: in Montecatino, plebatus Turri; poi da mano del sec. XII-XIII: [...] Gerardo camerario Catenaccius castaldus super anima sua, quod presb. Benedictus canonicus S. Martini et ipse Catenaccius vendiderunt istam terram pro (?) [...]. Il Reg. B ha: Manu Ugonis not. (A.) MCXII, mensis octubris.*

722.

*Lucca, 19 Ottobre 1112.*

A. MCXII, XIV kal. nov., ind. VI. Nos Ubertus f. qd. Bonacci et Algarda iugales filia qd. Gherardi, quia tu Blacardo f. qd. Pagani dedistis nobis meritum, arg. pro sol. cxx, propterea, consentiente mihi viro meo, per hanc paginan repromictimus tibi, ut numquam non abeamus potestatem, nec nos neque nostri heredes, tibi neque a eredibus tuis intemtionare neque molestare nullam de quatuor petiis de terris in l. et fin. Massa Pisana; una u. d. Caprile, prope eccl. S. Michaelis; secunda in eodem l., que est vinea; tertia, q. est vinea et oliveto insimul, u. d. Petra Molla; quarta, q. est vinea et oliveto, u. d. \* \* ; quas tibi per cartula Ughi not. regis ex comparatione obvenit a me ipso iugales. Iamdicti petiis de terris, tres, que sunt vinee, et quarta, q. est campus, nullam intemtionare vobis facere non debeamus. Pena: arg. libr. x. Act. Luca. S. m. Uberti et Algarde, Ubertus coniugi sue consensit. S. m. Sigismundi f. qd. Bellini, q. fuit [...] t. [S. m. ...] f. qd. Signorecti t. S. m. [...] f. qd. [...] t. Hugo not. regis.

*Originale: G. 59.*

723.

*1112.*

« Offersio a Rosello qd. Petrucci de una petia prope eccl. S. Viti et prope viam Romeam, si filius eius Maloscuto non perveniret ad etatem legitimam,<sup>1</sup> vel filius eius moreretur sine filiis adultis; que tenet: (caput) in via publica, alterum in terra Blan-

cardi de Foro, latus in terra Cabulini, alterum in terra Villani.  
A. Domini MCXII ».

*Regestum A, c. 14.*

<sup>1</sup> *In ms. ha:* legitatem

724.

1112.

« Refutationes de predicta terra<sup>1</sup> a predictis iugalibus<sup>1</sup> et a Matilda f. predicti Benenati.<sup>2</sup> (A.) MCXII ».

*Regestum A, c. 32 v.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 692, cui si riferisce. <sup>2</sup> Cf. il reg. n. 435, cui si riferisce.

725.

Lucca, 13 Gennaio 1113.

A. MCXIII, id. ian., ind. vi. Ego Petrus f. b. m. Martini per hanc cartula pro anima mea remedium offero tibi eccl. et mon. S. Petri, qui est constructa et dificata sito l. et fin. u. d. a Putheuli, una petia de terra, q. est vinea, in l. et fin. u. d. a Oliveto et vocatur a Macieia, tenentes: uno capo in terra Sismundi qd. Balduini, alio in terra S. Angeli da Fuoro, lato uno in terra de ospitale di Capo di Burgo, qui d. S. Fridiani, alio in terra Henrichi qd. Sifr(i)di da Vurno. Offerere prevideor, ut ab odierna die in ipsius eccl. et mon. et de illo priore et monaci q. in ipsius eccl. et mon. pre tempore fuerit, in eorum sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. Luca. S. m. suprascripti Petri. S. m. Petri f. b. m. Martini t. S. m. Arbori f. b. m. Germani t. S. m. Ildibrandi f. b. m. Belli t. Bonefatius not. sacri pal.

*Originale: S. 143. Nel verso, da mano del sec. XII: Cartula offertoris Petri da Oliveto de plebe S. Pancrantii.*

726.

13 Gennaio 1113.

« Gerardus qd. Alberti et Vuido eius g. vendiderunt Luc. capitulo eorum portionem, q. est dimidia, de duabus petiis terrarum positis in Roncho. Manu Lamfranchi not. (A.) MCXIII<sup>o</sup>, id. ian. ».

*Regestum B, c. 49 v.*

727.

Campo Buggianese, 26 Gennaio 1113.

A. MCXIII, VII kal. feb., ind. vi. Ego Raginerius qd. Ugonis per hanc cartula vindo et trado tibi eccl. et mon. S. Petri de l. Pozeuli unam petiam de terra in l. et fin. Campo de Buggiano u. d. Ronca; tenet: unum capud in terra, quo est via publica, aliud in terra de ospitale Teupascio, latum unum in terra Bernardi qd. Singnorelli, aliud in terra Ugiccionis qd. Bonfilioli.

Est a iusta pert. mensurata cultra una de ipso Campo Buiane. Recepit meritum, arig. da Petro presb., abbate et rector atque custo eccl. et mon., pro sol. **xxvi.** Pena dupli. Act. Campo Buia(ne)se. S. m. Ragineri. S. m. Ugiccionis qd. Bonfilioli et Uberti qd. Ungarelli et Albertori qd. Moriconi tt. Bernardus not. sagri pal.

*Originale:* V. 54. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Bernardus:* Raginerius rogavit reppromissionem ad defendendum suprascriptam rem et cartulam, a pena libr. v arig., etiam cum suprascriptis tt. et dotali, et ego Bernardus not. ibi fui et descripsi hoc. *Nel verso, da mano del sec.* XIV: Terra de Valle Nebule, mon. de Putheuli, al Machione, cultra 1.

728.

*Buggiano, 9 Marzo 1113.*

A. MCXIII, VII id. mar., ind. vi. Nos Bernardus f. b. m. Singnorelli et Panfilia iugalis suprascripti Bernardi et filia qd. \* \*, ego Panfilia consentientes michi vir meus, ubi interesse videtur notitia Gerardi iudicis sagri pal., a quo interrogata sum sequenter etdicti pagina, per hanc cartula venundamus et tradimus tibi eccl. et mon. S. Petri de l. Potieuli unam petiam de terra in l. et fin. Campo de Buiano u. d. Machione Buianese; tenet: unum capud in terra Buianese, unde currit viam inter ambas capita, aliud in terra S. Stefani de Pisscia, latum unum in terra de nepotibus Bellini, aliud in terra S. Martini de Uzano et Sismundi. Has petia, quo est campo, et aliquantula est inde a scepanum, quo est a iusta pert. mensurata da uno capu pert. xxxvi, da alio xxxii, da uno lato xcvi, da alio lxvi, tibi eam venundamus et tradimus; unde recepimus meritum, anulum unum aureum da Petro abbatte de iamdicta eccl. et mon. Pena dupli. Act. Buiano. S. m. ingalibus, Bernardus con(iu)gi sue consensit. Gerardus iudex sacri pal. confirmo. S. m. Ugiccionis f. b. m. Bonfilioli et Ragineri qd. Ugonis et Paganelli qd. Grateri tt. Bernardus not. sacri pal.

*Originale:* V. 51. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Bernardus:* Hec fuit in te[m]pore domni Petri abbatis aquisita. *Segue:* Repromissum suprascripti iugales rogarerunt, a pena libr. x arig., ad defendendum cartula ista cum suprascripta petia, et ego Bernardus not. descripsi; et suprascripti tt. et suprascripta ind.

729.

*(Pozzeveri, Lucca), 17 Marzo 1113.*

A. MCXIII, XVI kal. apr., ind. vi. Ego Icta relieta b. m. Rolandi et filia qd. Donadei per hanc cartulam vindo et trado tibi Petro abbati eccl. S. Petri de l. Potheuli quinque petia de terris in l. et fin. Capannule vel in eius fin.; unum ex ipsis detinet Leo et Antonius, quod detinet: unum capud in terra de filiis Amicoli, aliud cum uno latere in terra S. Petri, aliud latus in terra de filiis Stefani; secundum petium, quod detinet Petruco cum suis

consortibus, detinet: unum caput in via publica, aliut in terra Bernardi et Cristofani, laterem anbo in terra Iohanni f. Omicoli; tertium petium detinet: unum capud in via publica, aliud in terra Cristofani, latus in terra Raimundi, aliud in terra Bernardi qd. Lei; quartum petium detinet: unum capud in terra S. Petri, aliud in via publica, ambo laterem in terra Cristofani; quintum petium detinet: latus cum uno capite in terra suprascripti Cristofani, aliud capud in terra Pagani qd. Rolandi, aliu latus in terra Pagani de Muro. Recepit meritum, arig. a Guitone qd. Uberti pro persona tua abbas.<sup>1</sup> Pena dupli. Act. iuxta suprascriptam eccl. S. Petri. S. m. Icte. S. m. Guilielmi qd. Guidi et Pasquali qd. Pugnecti tt. S. m. Gerardii qd. Albertini t. Ildibrandus not. regis.

*Originale: X. 58. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Ildibrandus: A Icta predicto abati dicitur, ut sua obsecratione cartulam istam cum predicta terra filio eius Pagano vel suis credibus in istis tribus annis reddas, si in predictis annis libr. x de den. Luc. moneta predictus Paganus aut sui eredes abati vel sui successoribus dederint, quia abbas ita conuenit actque promisit; et si Paganus vel suos eredes taliter non compleverint, suprascripta terra, sine onni calumnia et sine onni lite, deveniad proprio iure eccl.*

<sup>1</sup> Il passo da Recepit ad abbas è su rasura.

730.

Lucca, 18 Marzo 1113.

A. MCXIII, xv kal. apr., ind. vi. Ego Ildebrandus f. b. m. Rodulfi, q. fuit not., quia vos Hubertus archipresb. et Rainierius primicerius confratres et canonici eccl. et canonica S. Martini dedistis mihi meritum, anulum aureum pro sol. LXXX, per hanc paginam repromieto vobis, ut numquam nom abeamus potestatem, nec ego neque mei heredes, vobis neque vestris successoribus neque presbiteris et cl. q. im predicta eccl. et canonica pre tempore fuerint, intentionare neque molestare nulla de duabus petiis de terris, q. sunt orti, in l. et fin. Pulia; neque nulla de una petia de terra, q. est ortus, in l. et fin. Carraia, quam detinet filius Ricci; neque nulla de una petia de terra, q. est vinea, infra iudicaria de plebe S. Macarii et u. d. a Sala,<sup>1</sup> quam detinet Bulgarellus cum filio suo, quas Moro<sup>2</sup> presb. pro anime sue remedio per cartulam dedit eccl. et canonice S. Martini. Pena: arg. libr. x. Act. Luca. S. m. Ildebrandi. S. m. Guillelmi f. b. m. Inghithi et Brunecti, q. d. Cabanus, f. Lanfredi tt. S. m. Hemrichi, q. Palatithora vocatur, f. b. m. Lanberti, q. fuit cl., t. Conradus not. imp.

*Originale: P. 23; Regestum A, c. 46.*

<sup>1</sup> Il Reg. A aggiunge: de qua reddebantur xxiii star. musti nobis. <sup>2</sup> Il Reg. A ha: Maurus

731.

*Lucca, 4 aprile 1113.*

A. MCXIII, prid. non. apr., ind. vi. Manifestu sum ego Malusclavus f. qd. Bellindonis, quia vos Ugo archid. et Ubertus archipresb. et Raginerius promicerius atque Maurus presb. et cantor eccl. et canonice S. Martini per cartulam libell. nom. ad censem perevolv. dedistis michi et Iustiniano g. meo unam petiam de terra, q. est campus, in l. Marlia u. d. ad Pilicciaticum, pertinentem eccl. et canonice S. Martini, que tenet: ambo capita in via, latus in terra \*\*, aliud \*\*. Dedistis, ut sit in potestate nostra nostrorumque heredum eam habendi et usumfructuamdi. Omni anno, in mense apr., vobis et vestris successoribus, ad partem prediecte eccl.<sup>1</sup> rendere debeamus din. XII. Luc. monete. Pena: arg. libr. v. Hoc appalum Ildibrandum not. scribere rogavi. Act. Luca. S. m. Maliclavelli. S. m. Abuiamontis f. qd. Martini t. S. m. Rolandi f. Donadei, Guctifredi qd. Borelli tt. Ildibrandus not. regis.

*Originale: l. 78; Regestum A, c. 8 v. Il reg. A: Libellum de eadem terra (cf. il reg. n. 717, cui si riferisce) datum a canonicis S. Martini Maliclavello, f. predicti Belindoni, pro XII den. (A.) MCXIII.*

<sup>1</sup> eccl. è nell'interlineo.

732.

*1 Ottobre 1113.*

« Offersio in Carsiana ecclesie S. Martini a Petro Contracto qd. Gerardi de Brascaio de omnibus terris et casis, quas detinebant ab eo in Carsiana Ursus qd. Gogi et multi alii, qui in carta continentur; ad reddendum exinde sol. II omni anno ecclesie S. Martini. A. Domini MCXIII<sup>o</sup>, ipsa die kal. octubris. Ugo not. ».<sup>1</sup>

*Regestum A, c. 5.*

<sup>1</sup> Il passo ipsa die kal. octubris. Ugo not. fu aggiunto da mano sincrona.

733.

*1113.*

« Offersio<sup>1</sup> a Gerardo qd. Rodilandi de una cultra terre in Spinatico; quam tenebat Carandellus qd. Bonfancieri. A. Domini MCXIII ».

*Regestum A, c. 12.*

<sup>1</sup> Il ms. aggiunge: in sacco communium cartarum

734.

*1113.*

« Iudicatum Aldimari qd. Moretti, quo statuit, ut si Maltasca filius eius habuisset filios de legitima uxore, haberet omnes res suas; si autem predicti filii non pervenirent ad etatem XVIII<sup>to</sup> annorum, voluit ut canonica S. Martini haberet cum mon. S. Bar-

tholomei omnes terras, quas detinebat ab eo Stephanus qd. Martini de Turingo. A. Domini MCXIII ° ».<sup>1</sup>

*Regestum A, c. 23 v.*

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge:* Credo quod pro eius iudicio habuimus x star. grani et vi mili, prout in rotulo dicitur, ubi sic habetur: Stephanus qd. Homodei, pro anima Adamari, x star. grani et vi mili.

735.

1113.

« Offersio Morecti canonici et Cristophani qd. Lei pro anima Gottifredi qd. Gottifredi de eorum portione de una cassina et massaritia cum terris ad eam pertinentibus, que est in Verciano u. (d.) Nocule. A. Domini MCXIII ».

*Regestum A, c. 29 e c. 42. Il Reg. a c. 42: Offersio a Morecto presb. et Cristophano qd. Lei pro anima Gottifredi qd. Gottifredi, q. in predictorum protestate sua disponendi reliquit, de cassina et massaricia in Verciano u. d. Nocule; que regebatur per filios Dominici massarii.*

736.

*Lucca, 3 Gennaio 1114.*

A. MCXIV, III non. ian., ind. VII. Nos Huberto et Ceciolino atque Maclanello gg. ff. qd. Lanberti per hanc cartulam venumdamus et tradimus vobis Angelo f. qd. Menchi et Becto f. qd. Dominichi tres petiis de terris in l. et fin. u. d. Greppo; una, q. est orto, que: unum caput cum unum latus tenet in viis publicis, aliud caput in terra vestra, aliud latus in terra de filiis Meliane; secunda, q. est campus, que: unum caput tenet in via publica, aliud cum unum latus in terra de filiis qd. Lanberti Avocatu et Sigismundi cl., aliud latus in terra quam detinet filii qd. Ubaldi da Capannoile; tertia, q. est campus, u. d. a Lapeta, que: unum caput tenet in via publica, aliud cum unum latus in terra eccl. et mon. S. Petri da Potheuli, aliud latus in terra de om(i)nis de l. Porchari. A t(e) Angelo recepimus meritum, anulum unum aureum pro sol. LXXX pro se et pro persona tua Becto. Pena dupli. Act. Luce. S. m. Uberti et Ceciolini et Maclanelli. S. m. Ughicionis f. Guidi t. S. m. Singnorecti qd. Ursichi t. S. m. Rainaldini f. Homodei not. t. Hugo not. regis.

*Copia coeva di Vuido not. imp., autenticata da Hugo stesso, che firmasi: Qui supra Hugo not. regis hic s(s.): Q. 58. Dopo la sottoscrizione dell'ultimo not. segue di mano dello stesso Vuido: predicti gg. investierunt predicto Angelo per bonam fidem, que discomperare abet predicta illi Bomare.*

737.

*Lucca, 14 Gennaio 1114.*

A. MCXIV, XIX kal. febr., ind. VII. Nos Gisla relicta qd. Boni cl. et filia<sup>1</sup> qd. Bonsomi et Ughicione et Bene atque Ildibrando gg. ff. predicti Boni et Mardora conius Ughicioni suprascripti, ego Gisla consentientibus michi suprascripti ff. mei,

et michi Mardore consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Lei iudicis regis, a quo interrogata sum sequenter edicti paginam, per hanc cartula venumdamus et tradimus tibi Amato f. qd. Boni nostra portionem, q. est medietas, de una petia de terra, q. est campo, in l. et fin. Tempangnano, que tenet: unum caput in terra de filiabus qd. Brunecti, aliud cum uno latere in via publica, aliud latus in terra de filiis qd. Gerardi. Hanc medietatem, q. est, iusta pert. mensurata, sist. xviii et si plus inventa fuerit, tibi venumdamus et tradimus. Recepimus meritum, anulum unum de auro pro sol. lxx. Pena dupli. Act. Luca. S. m. gg. et Gisle, eidein consentientibus ff. sui, et Mardule, eidem consentiente viro suo. Hec novi prudens donni regis Leo iudex. S. m. Viviani qd. Guidi et Usaldelli qd. Antonii et Lanberti qd. Rustici tt. Richomo not. imp.

*Copia del sec. XII, di Vuido not. imp.: P. 155; Regestum A, c. 12 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIV: Antique sunt; e da mano del sec. XIII: De ista terra reddebat Uguacione et Bene qd. Boni qd. Algotti den. xviii; quam vendiderunt Amato de Tempagnano.* *In Reg. A: Venditio predicti Uguacionis et Beni et Ildebrandi gg. qd. Boni Algottii de parte predicte terre etc. (Cf. il reg. n. 377).* *Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> *La carta ha: filii*

738.

*Lucca, 14 Gennaio 1114.*

A. MCXIV, xix kal. febr., ind. vii. Nos Ughucione et Bene atque Ildebrando gg. qd. Boni cl. et Gisla relieta ipsius Boni et filia qd. Bonsomi et Mardula coniux predicti Ughicioni et filia Vuitoni, ego Gisla consentientibus mihi predicti gg. ff. mei, et mihi Mardule consentiente viro meo, quia tu Amato f. qd. Boni dedisti nobis meritum, anulum unum de auro, per hanc paginam repromictimus tibi, quod, nec nos nec nostri heredes non habeamus agere vel molestiam inferre aut causare adversus te vel tuos heredes de medietate de una petia de terra, q. est campo, in l. et fin. Tempangnano, que odio per cartulam Richomi not. imp. a nobis ex comparatione ad te pervenit. Pena: arg. libr. x. Act. Luca. S. m. gg. et Gisle et Mardule. S. m. Viviani qd. Vuidi et Usaldi qd. Antoni et Lanberti qd. Rustichi tt. Richomo not. imp.

*Copia del sec. XII, di Vuido not. imp.: H. 144. Nel verso, da mano del sec. XIV-XV: Antiquissime sunt.* *Cf. il reg. precedente.*

739.

*Lucca, 14 Febbraio 1114.*

A. MCXIV, XVI kal. mar., ind. vii. Nos Ildebrandus et Iochus gg. ff. qd. Benenati et Hemma conius suprascripti Ildebrandi et filia qd. Petri, consentiente mihi Hemme viro meo,

ubi interesse videtur notitia Gherardi iudicis sacri pal., a quo interrogata sum, per anc cartulam venumdamus et tradimus tibi Petro presb. atque abati de eccl. et mon. S. Petri, sita in l. u. d. a Putheuli, una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. u. d. a Rocta, prope eccl. S. Marie de l. Paganicho, que tenet: unum caput in terra suprascripte eccl. S. Marie, aliut in terra et dimidia fossa Donti f. qd. Angeli et aliquantulo de ipso capite in terra suprascripte eccl. S. Marie, latus uno in terra de filiis qd. Meliane, aliut in terra suprascripti S. Petri. Hec petia, q. est, ad pert. mensuratum, mod. I et sest. XIV, et si plus inventa fuerit, tibi eam venumdamus et tradimus, ut da hodie in antea sit in proprio iure eccl. et mon. et in potestate de abatibus atque monacis q. in eccl. et mon. fuerint, eam abendi et usumfructuandi. Recepimus meritum, arientum pro cemtum sexamta quauctuor sol. a Hemrigo presb. pro persona tua. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Ildebrandi et Iochi et Hemme, Ildebrandus coniugi sue consensit. Gerardus index sacri pal. confirmo. S. m. Petri f. qd. Bonci et Moringhi qd. Martini et Beeti qd. Dominichi tt. S. m. Angeli f. qd. Dominichi et Tedaldini f. suprascripti Ildebrandi tt. Benedictus not. regis.

*Originale: Q. 27.*

740.

*Lucca, 16 Maggio 1114.*

A. MCXIV, xvii kal. iun., ind. VII. Nos Gherardo et Vuido seu Teperto<sup>1</sup> et Brunecto, q. Ascino v., et Ildibrando gg. ff. qd. Vuidi et Meliana genitrice et filia qd. Ingoni, q. fuit cl., ego Meliana consentientes michi gg. ff. mei, in quorum mundium esse visa sum, per hanc cartula in comutatione dare et tradere videmur tibi Petro abas de eccl. et mon. S. Petri, que est comstructa et dificata sito l. et fin. u. d. a Putheuli, una petia de terra, q. est campo, in l. et fin. Cafaio, (u.) d. Romsciano, tenentes: uno capo in terra S. Marie de Paganicho et in terra Petri, alio in terra de curte de Porcari, lato uno in terra predicti S. Petri et in terra Ceci qd. Savini, alio in terra S. Petri et in terra Ildibrandi qd. Benenati. Tibi eam in comutatione, ad opus et utilitas S. Petri, dare et tradere videmur. Recepimus in comutatione da te medietatem de duo petiis de terris pertinentibus eccl. et mon., qui esse videntur in l. et fin. Valiano; una, cum cassina super se, que tenet: anbas capitae cum unum latum in viis publicis, alio lato in terra de filii qd. Lanberti; secunda, q. est campus, que tenet: unum caput in terra Baroncioni qd. Sighinolfi, aliut in terra de suprascripti filii qd. Lanberti, lato uno in terra nostra gg. et de genitrice nostra, alio in simitula. Rece-

pimus meritum pro comutatione da Becto qd. Dominichi, anulo uno aureo pro persona tua Petrus abas. Pena dupli et meliorato. Act. Luca. S. m. gg. et Meliane, gg. genitrice eorum consenserunt. S. m. Gherardi f. qd. Glandi et Becchi f. qd. Dominichi tt. S. m. Cilondi f. Inghiti et Malclavelli f. qd. Bilindoni tt. S. m. Artusci f. qd. Hughi t. Bonefatus not. sacri pal.

*Originale:* Q. 157. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Bonefatus: Promissi[o ad] penam arg. libr. xx. Suprascripto merito et tt., suprascripti hominibus et ind. suprascripta. Nel verso, da mano del sec. XII: Cartula de plano, fili Meliane.*

<sup>1</sup> *Nella ripetizione delle formule: qui Thanaticho vocatur.*

741.

*Lucca, 6 Ottobre 1114.*

A. MCXIV, prid. non. oct., ind. vii.<sup>1</sup> Ego Ciga relicita qd. Petri, filia qd. Inghiti, mihi comsemtemtes Iohanni et Martino gg. qd. Martini cungnati et mundualdi mei, in corum mundium esse visas sum, per anc cartula vindo et trado tibi Petrus abbas de eccl. et mon. S. Petri de l. Potheule meam portionem, q. est quar-tam portionem, de dui petiis de terris, que sunt vineis, in l. (u.) d. S. Brancatio, quas mihi obvenit per amtfacto ex parte qd. Petri, q. fui vir meus; una tene: uno capo cum uno lato im terra Gerardinka, alio capo in terra S. Brancatii, alio lato in terra Rolamdinga; secunda, in ipso l., tene: uno capo cum uno lato in terra Rolandinga, alio capo in terra S. Brancatii, alio lato in terra Rolandinga. Seu vindo et trado tibi omnia ex omnibus easis et cassinis et casalinis simulque terris et rebus meis illis cultis aut imcultis, quas im me obvenit per morinecap ex parte qd. suprascripti Petri. Recepit meritum, arg. pro sol. XLII da Ugo qd. Omodei pro persona tua. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Cighe. S. m. Iohanni et Martini Cighe consenserunt. S. m. suprascripti Ughi qd. Omodei et Davino qd. Pagani tt. S. m. Bomsimgnore qd. Bamdi t. Vuido not. imp.

*Originale:* Q. 104. Cf. il reg. n. 671 e il reg. seguente.

<sup>1</sup> *Nell'ottobre 1114 correva l'ind. greca VIII.*

742.

*Lucca, 6 Ottobre 1114.*

A. MCXIV, prid. non. oct., ind. vii.<sup>1</sup> Ego Ciga relicita qd. Petri, filia qd. Inghiti, quia tu Petrus abbas de eccl. et mon. S. Petri de l. Potheule dedi mihi meritum, arg. Ugo qd. Omodei pro XLII sol. pro persona tua, ego Ciga mihi consemtiemtes Iohanni et Martino cungnati et mundualdi mei qd. Martini, in cuius mundium esse visas sum, per anc paginam repromicto tibi, ut nullo tempore non abeamus potestatem, nec ego neque meos eredes, tibi neque a successoribus tuis imtemtionare neque molestare nulla de tuam

portionem, q. est quartam portionem, de dui petiis de terris, que sunt vineis, qui esse videtur a S. Brancatio, neque de tuam portionem, q. est quartam portionem, de omnibus casis et cassinis et casalini simulque terris et rebus, quas tibi per cartula Vuidi not. imp. ex comparacione obvenit ad me ipsa Ciga. Pena: arg. libr. v. Act. Luca. S. m. Cighi.<sup>2</sup> S. m. suprascripti Ughi qd. Omodei t. S. m. Davino qd. Pagani t. S. m. Bomsimgnori qd. Bamdi t. Vuido not. imp.

*Originale: P. 150. Cf. il reg. precedente.*

<sup>1</sup> *Nell' ottobre 1114 correva l' ind. greca VIII. <sup>2</sup> Così l' orig.*

743.

12 Dicembre 1114.

A. MCXIV, prid. id. dec., [ind.] VIII. Nos Iohannes qd. Boniti et Albitia iugales qd. Boniti, [consentiente mi]hi [vi]ro [m]eo, ubi interesse [videtur notitia] Ricardi iudicis sacri pal., a quo interrogata sum secundum edicti paginan, per hanc cartulam pro animarum nostrarum remedio offerrimus tibi ospitio S. Martini, que est constructum edificatum infra Luc. civ., prope eccl. S. Alexandrii, omnia ex omnibus casis et terris atque rebus nostris in l. et fin. Cumputo et in[tu]s castello de Cumputo et u. d. a Valle Cava et in l [...] [...]lla et u. d. Prato [...]. Excepto sol. XL den. Luc. monete, quas in nostra reservamus potestate, ad opus donandi (?) Erine (?) filie nostre. Omnibus aliis casis etc. seu cartule et nutriminibus tibi ospitio offerre previdemus, ut ab odierna die in ospitio s[uisque] rectoribus in eorum sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Pena dupli. [Act. ...] S. m. Iohannis et Bonitie, Iohannes [coniugi sue consensit]. Iudicis est singnum Ricardi pollice pictum. S. m. Ferolfi qd. Belloni et Bolgarelli qd. [...] et Belloti (?) qd. [...]jeti et Bonei qd. Petri (?) tt. Hugo not. regis.

*Originale: D. 171.*

744.

Guamo (Lucca), 2 Marzo 1115.

Notitia brevis, ad memoriam habendam, qualiter in l. et fin. Guamo, prope eccl. S. Petri, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Alboni f. b. m. Guiniti et Gerardus et Lambertus gg. ff. b. m. Boniti et Gerardus qd. Signorecti et Ildebertus et Gerardus gg. ff. b. m. Benenati fecerunt refutationem et finitionem et transactionem in manus Iohannis et Gerardi presbiterorum canonicorum S. Martini, in vice eorum et in vice aliorum canonicorum et eccl. et canonice S. Martini, de eccl. S. Petri, que est sita in l. et fin. Guamo, et de omni pertinentia et iacentia, quantum eidem eccl. pertinere videtur, et no-

minatim xx petiis de terris que iam dicte eccl. S. Petri pertinere videtur; una, q. est campus, d. Campus Scletano, prope Litiano, tenet: unum caput in Ducaria, aliud in carraia, latus unum in terra Gualfreducci, aliud in terra qd. Stefani de Galiprando, que est per mensuram, ad pert. mensuratas, sist. xxx; secunda, q. est campus, d. \* \*; tertia, q. est campus, prope Litiano; quarta d. al Gorgo; quinta d. Fontana; sexta d. Hisula; septima in eodem l. Hisula; octava d. Nocule; nona d. Fontana; decima d. Rioscello; undecima, q. est vinea, d. Campus Herisende; duodecima, q. est ortus, prope eccl. S. Cassiani; tertiadecima, q. est ortus, prope eccl. S. Petri; quartadecima, q. est campus, prope Castellare; quintadecima, q. est palliareto et saldinus insimul, prope Guado de Salogniora; sextadecima, q. est oliveto, in l. et fin. Massa Macinaria; septimadecima, q. est campus, in l. et fin. u. d. Campus, prope Via Mezana, quam detinet Lanfrancus f. b. m. Mathulini, q. fuit iudex; octavadecima, q. est campus, in eodem l. prope Via Mezana, quam detinet Malaguisca qd. Huberti; nonadecima, q. est campus, d. Litiano; vigesima, q. est campus, d. Hisula Guamese. Pena: arg. libr. x. Unde ipse Iohannes et Gerardus presbiteri fecerunt eis meritum, anulum unum aureum pro refutatione et finitione atque transactione confirmandum iuxta legem; presentia: Fulceri f. b. m. Rainieri et Gottefredi f. Ildebrandi, Gratti f. Lamberti et Gottifredi f. b. m. Burrelli et Guidi f. Lamberti et reliquis. A. MCXV, VI non. mar., ind. viii. Fulcieri q. ibidem fuit, Gottefredus q. ibidem fuit, Grattulus q. ibidem fuit, Gottefredus q. ibidem fuit, Guido q. ibidem fuit. Conradus not. imp.

*Due copie del sec. XII, di Vilielmus not. imp.: M. 163; Regestum A, c. 44.  
Nel verso di una delle due carte, da mano del sec. XII-XIII: Cartula de patronatu S. Petri de Guamo. Nel Reg. A: Refutatio Alboni qd. Guinithi et Gerardi et Lamberti et aliorum de eccl. et patronatu S. Petri de Guamo et eius terris eccl. S. Martini; de qua sumus patroni cum domo Orlando Guamignani.*

## 745.

Lucca, 6 Marzo 1115.

A. MCXV, prid. non. mar., ind. viii. Nos Malclavello et Iustilianus gg. qd. Bellindoni et Mattilda reicta qd. superscripti Bellindoni et (filia) qd. Ildebrandi, q. fuit iudex, quia tu Lanbertus presb. eccl. S. Quirici dedisti nobis meritum, anulum unum aureum pro sol. CLXV, consentiente michi Matilda Guillermo f. et mundualdo meo, quia<sup>4</sup> cartulam mei mundii pre manibus abebat, per hanc paginan repromictimus tibi, ut numquam abeamus potestatem, nec nos mater et filii una cum nostris heredes, tibi vel tuis successoribus intentionare neque molestare nullam de

mediatatem de casa et cassina et res massaricia in 1. et fin. Palmariora prope eccl. S. Marie, quas Cigo et Amico massari ad lab. ad manus eorum abere et detinere videntur, quas tibi per cartulam Hughii not. regis ex comparationem obvenit a nobis ipsis. Pena: arg. lib. xx. Act. Luca. S. m. Malclavelli et Iustiliani et Mattilde. S. m. Guillielmi, genitrix et mundualde sue consensit. S. m. Menchi qd. Termi et Segnorecti qd. Bonagnori et Segnorecti qd. Carboni tt. Hugo not. regis.

*Originale: R. 111.*

<sup>1</sup> *Così l'orig.; per qui?*

746.

18 Giugno 1115.

« Offersio Guillielmi predicti<sup>1</sup> qd. Homodei de tribus portionibus unius<sup>2</sup> cultre<sup>3</sup> de terra in Roneo prope Savalliana,<sup>4</sup> q. tenet: caput in terra Signorecti de Curte, alterum in terra Bonifatii cum media fossa, latus in terra suprascripti Guillielmi, alterum in terra Guidi qd. Gerardi. A. MCXV ».<sup>5</sup>

*Regestum A, c. 33; Regestum B, c. 50.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 624, cui si riferisce. <sup>2</sup> Segue petie espunto. <sup>3</sup> cultre è nell' interlineo. <sup>4</sup> Il Reg. B: in confinibus Ronchi, in loco dicto Savalliana <sup>5</sup> Il Reg. B aggiunge: Manu Ughi not. M<sup>o</sup>c<sup>xv</sup>o, xiii<sup>o</sup> kal. iul. Quam terram modo tenet Guiscardinus magister et Nigosante gg. de porta S. Petri; et redditum exinde Luc. capitulo star. xii grani et milii per medium. Cf. il reg. seguente.

747.

18 Giugno 1115.

« Venditio Mattilde<sup>1</sup> relietae Allegretti fratris predicti Guillielmi<sup>2</sup> et filie Petri de sua quarta portione predicte cultre.<sup>3</sup> A. Domini MCXV ».<sup>4</sup>

*Regestum A, c. 33; Regestum B, c. 49 v.*

<sup>1</sup> Il Reg. B: Mathelda <sup>2</sup> Cf. il reg. precedente, cui si riferisce. <sup>3</sup> Il Reg. B: in confinibus Ronchi, in loco dicto Savalliana. <sup>4</sup> Il ms. aggiunge: Hanc tenuit Grillus qd. Albertini Florentini; de quo fuit Villanus, pro quo modo Nigothante et Guiscardinus xii star. inter granum et milium. Il Reg. B: Manu Ughi not. M<sup>o</sup>c<sup>xv</sup>o, xiii<sup>o</sup> kal. iul.

748.

9 Luglio 1115.

« Martinus qd. Marchi de Noceeto et Pasquali qd. Bonaldi et Henrigus qd. Ley reddere tenentur annuatim Luc. capitulo medietatem blave, quam habebunt in terris de Risparto u. d. al Prato, in Massa Pisana. Manu Ubaldi not. (A.) mille-simo c<sup>o</sup>x<sup>o</sup>v<sup>o</sup>, vii<sup>o</sup> idus iulii ».

*Regestum B, c. 64; Regestum A, c. 46 v.* Il Reg. A: Locatio facta Martino qd. Marchi da Noceto et Pasquali qd. Bonaldi et Henrico qd. Denari de duobus petitis in Riosparto u. d. al Prato, pro viii star. grani et iii fabarum et iii milii pro u(n) aquaque cultra. Et hec locatio credo quod evanuerit.

749.

*Sesto (Lucca), 18 Marzo 1116.*

A. MCXXI, VII id. iul., ind. XIV. Nos Vitali qd. Appolloni et Rolando f. eius, Adalascia mulier suprascripti Rolandi et filia Villani et Ildebrandi f. Guntini atque Iuletina mulier suprascripti Ildebrandi et filia qd. Pandulfini, quia tu Bonfilio abbas (de) eccl. et mon. S. Petri de l. Putheuli dedisti nobis pretium sol. cd, propterea, consentiente nobis Adalascia et Iolicta viri nostri, et eidem viri nostri consentiente sibi genitori eorum, per hanc paginam repromictimus tibi, ut numquam non abeamus potestatem, nec nos neque nostri heredes, tibi neque tui successores intemtionare neque molestare nulla de duo petitis de terris in l. et fin. Capannule; prima cum cassina super se et curte et campus cum arboribus insimul, qui recta et laborata esse videtur per Cigo massario, et secunda, q. est campus cum arboribus, quas tibi per cartulam Ughi not. regis ex comparatione obvenit a nobis. Pena: arg. libr. XL. Act. Luca. S. m. Vitali et Rolandi et Ildebrandi et Adalascie et Iolicta, Rolandus et Ildebrandus coniugibus consenserunt, et predicti Rolandi et Ildebrandi genitori eorum consenserunt. Vuido not. imp. t. ss.<sup>1</sup>

*Originale: I. 65. Nel verso, da mano del sec. XII: Repromissio da Vitali et da Ildebrando de terra de Capannole.*

<sup>1</sup> Segue il resto dell'escatocollo come nel reg. precedente.

788.

*1121.*

« Repromissio de eodem ortulo<sup>1</sup> a predicto Guilielmo et Lambertu f. supradicti Allegretti de non inquietando predictum ortulum, quem ipsi obtulerant pro quarta parte. A. Domini MCXXI<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 26 v.*

<sup>1</sup> Cf. i regesti nn. 539, 689, ai quali si riferisce.

789.

*Lucca, 9 Marzo 1122.*

A. MCXXII, VII id. mar., ind. xv. Ego Rainerius cl. primicerio et canonicus S. Martini per hanc cartulam libell. nom. ad censum et perexolv. dare videor tibi Truffa f. qd. Gerardi duas petias de terris in l. et fin. Carraria, quas ego im beneficio habeo a parte eccl. episcupatus S. Martini Luc.; prima tenet: unum capud cum uno latere in viis publicis, aliud capud in terra Vuidi qd. Rolandi, aliud latus in terza Brunetti Scalfiti; secunda tenet: uno caput in via publica, aliud in terra Vuiducii qd. Bonoti, q. Gardaincoppo v., et in terra suprascripti Vuidi et de suis consortibus, latus unum in terra Huberti Guadardi qd. Ildebrandi, aliud in terra Roffredi qd. Bonithe et Signoretti et filii Iohanni Poti. Has duas petias, prima, q. est campus, que est ad pert. mensurata mod. unum et dimidium, secunda, q. est ortus, que est ad pert. mensurata mod. unum et sist. iv, tibi eas dare videor, ut in tua et in tuis heredibus ac proheredibus sint potestate eas habendi et usumfrutuandi. Michi vel successoribus meis per omne mensen a(u)g. rendere debeatis, hic in civ. Luca, ubi nobis placuerit, sist. de grano bono mundo sicco numero xxiv, ad iusto quartino venditorio, quale in classo, qui d. Salaiolo, percurrit. Pena: arg. libr. xx. Duo libelli. Act. Luca. Rainerius cl. et S. Luc. eccl. primicerius ss. Fralmus causarum patronus ss. S. m. Bernardi qd. Vuidi et Stibio qd. Rustichi et Bernardi qd. Rustichi tt. Hugo not. regis.

*Copia del sec. XIII, di Ciabattus imperialis aule iudex et not.: D. 87.*

790.

*Lucca, 8 Giugno 1122.*

Postea<sup>1</sup> in infirmitatem, de qua predictus Lanbertus mortuus fuerit, confirmavit suprascriptum iudicium et ordinatione, in presentia: suprascripti Gerardi presb., Lambertuci qd. Conradi et Uberti qd. Angeli et Ildebrandi qd. Amichi not. et Rolandini qd. Ildebrandi. A. MCXXII, VI id. iun., ind. xv. Hugo not. regis.

*Originale: G. 107; Regestum A, c. 44 v. Nel verso della carta, da mano coeva: Cartula refutationis de terris in l. Vaccule a Lamberto qd. Gasdie. Il reg. A: Refutatio de predicto masio (cf. il reg. n. 753) a Lanberto qd. Villani supra nominato (cf. il reg. n. 753); de quo masio (segue Fuscus espunto) filii Villani (le parole filii Villani sono nell'interlineo) reddebat sol. v, cum deberent reddere XLVIII star. musti.*

<sup>1</sup> Così prosegue il reg. n. 753.

791.

*Lucca, 8 Giugno 1122.*

A. MCXXII, VI id. iun., ind. xv. Ego Lanbertus<sup>1</sup> f. qd. Villani per hanc cartulam pro anime mee remedio et pro remedio anime Cristine defunte coniugi mee et filia Falconi offero tibi eccl.

et canonica B. S. Martini istius Luc. medietatem de omnibus montibus et vallibus et silvis et buscareis seu sterpetis, quam habere videor in l. et fin. Vaccule et in l. e fin. Massa Pisana et in eorum fin., quibus fuerunt suprascripti qd. Falconi f. qd. Elditi. Excepto et antepono una petia de terra, q. est bosco, in l. et fin. u. d. in Erpice. Omnibus suprascriptis rebus offerere prevideor, ut ab illa die in antea, que super in hanc offertionis cartulam legitur, in eccl. et canonica et de illis presbiteris et cl., q. in eccl. et canonicae pre tempore fuerint, in eorum sit potestatem eas habendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Lanberti. S. m. Lanbertuci qd. Conradi et Ildebrandi qd. Amichi not. et Uberti qd. Angeli et Rolandini qd. Ildebrandi tt. Hugo not. regis.

*Originale: G. 129; Regestum A, c. 44 v. Nel verso della carta, da mano coeva: Cartula offensionis a Lanberto qd. Gasdie de bosco in Monte Pisano et alii locis; poi da mano del sec. XIII: in Scopiccio e quindi da mano del sec. XII: Iudicatum de silvis in Scopicio.*

*1 It Reg. A nell' interlineo e nel margine aggiunge: qui fuit de Lambardis de Vaccule; cui competebat nona pars de ipso castello et de eccl. S. Petri de Miate, et ideo credo, quod nonam partem de istis montibus, de quibus hic dicitur, debeamus habere. De isto Lambertus sunt filii Sciatte et filii Bonifatii de Curte Viti, qui has terras tenent iniuste et locant.*

792.

*Lucca, 8 Giugno 1122.*

A. MCXXII, vi id. iun., ind. xv. Ego Lanbertus qd. Viliani per hanc cartulam pro anime mee remedio et Cristine defunte uxoris sue<sup>1</sup> nec non Falconis patris prediche Cristine offero tibi ponti Marchionis tertiam portionem de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Prunilo, que: unum caput tenet in via publica, aliut in terra Raineri, latus unum in terra qd. Lanberti qd. Morecti, aliut in terra Homodei. Seu offero tertiam portionem de omnibus terris, quas habeo in predicto l. et fin. al Prunilo, una cum omni iure et actione et accessione seu usum, que michi pertinere videtur, de predicta terra, que est sive in fluvio Serculo sive de foris fluvio, cuius mensura fuit ad pert. mensurata de totis petiis de terra mod. v. Tibi ponti et in illis rectores, q. ibidem fuerint, in eorum sint potestatem suprascripta res habendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Lanberti. [S. m.] Uberti qd. Angeli et Lanbertuci qd. Conradi et Ildebrandini qd. Amichi not. atque Rolandini qd. Ildebrandi tt. Ugo not. regis.

*Originale: B. 80.**1 Così l'orig. per meae*

793.

*Pozzeveri (Lucca), 27 Agosto 1122.*

Breve, qualiter in l. Puteolo Sardinellus qd. Berithi et Roldulinus et Ubertus et Rolandus gg. ff. eius et Albertinus

qd. Lambertuci Rovagili et Melectus qd. Rustici Rovagili et Anselminus et Gnaeus et Rusticus gg. ff. eius et Petrus qd. Signorelli et Ciffetto qd. Ubertelli et Brunectus et Martinus qd. Banbelli et Letus et Ildebrandus qd. Cose Rovagili pro suarum animarum eorumque parentum remedio, per librum sacri evangelii investiverunt super altare atque obtulerunt eccl. et mon. S. Petri de l. Puteolo terram illam, per quam aqua, q. gora d., in l. Terme currit iuxta Minoris Pescie fluvium a terra Alberti qd. Rolandi usque ad terram mon. Item dederunt potestatem atque licentiam monachis et abbatii, q. in mon. pro tempore fuerint, si necesse fuerit quod predictum aqueductum destruatur, faciendi aliud aqueductum infra eorum terram. Spoponderunt, quod nec ipsi nec eorum heredes nullo tempore facient aliquam molestiam de predicta oblatione. Unde totius mon. beneficii sive vivorum atque mortuorum tam vivi quam et defuncti participes effecti sunt.  
A. m<sup>o</sup>c<sup>o</sup>xxii<sup>o</sup>, vi kal. sept., ind. xv.

*Originale: S. 59.*

794.

*Lucca, Agosto 1122.*

Breve ad memoriam habendam, qualiter infra Lue. civ. intus canonica S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Sclata atque Parente simulque Profecto gg. ff. qd. Bonifatii, per consensum et auctoritatem Bernardi f. qd. Huberti iudicis atque Lanberto f. qd. Conradi tutoris eorum, fecerunt finitionem atque trasanctionem in manum Rainieri primiceri de eccl. et canonica S. Martini de omnibus casis et terris, quas qd. Lanberti barbano eorum per cartulam offertionis dedit et in l. et fin. Colle Regi, quam detinet Iovane massaio, et in l. et fin. u. d. in Monte Pisano, et in Valle; atque refutavit seu redidi ad eccl. et canonica S. Martini et omnibus terris atque rebus, quas ipsi detinebat de eccl. et canonica in l. et fin. Vaccule. Pro ipsa finitionem atque trasanctione receperunt ad predicti canonici S. Martini sol. xx din. Lue. monete et spoponderunt, si molestassent de predictis casis et terris atque rebus, componere penam arg. libr. xx. A. mcxxii, mense aug., ind. xv. Presentia: Villani priore de eccl. S. Michaelis, que d. a Foro, et Alberti priore de eccl. S. Petri, que d. Maior, et Fralmi causidicus da Brancalo et Henricho qd. Homodei et Buschecto qd. \* \*, et Filipello qd. Lietero et Angelo qd. Cuoso.<sup>1</sup> Hugo not. regis.

*Originale: G. 133; Regestum A, c. 44 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII: Breve refutationis a filiis Bonifatii de terris, quas iudicavit et refutavit Lambertus qd. Vasdi(e). E da mano del sec. XII-XIII: Procuranda; poi dopo un segno convenzionale: Hoc signum pertinet tantum masio, quod iudicavit Lambertus qd. Villani in Collerei. Il Reg. A: Refutatio a Pa-*

rente et Sclatta gg. qd. Bonifatii de predictis terris (*cf. il reg, n. 791*) et de terris predictis (*sic*), quas tenet Iohannes massarius; quas modo tenent filii Ianucci et consortes de Collerei, et de omnibus terris, quas predicti gg. detinebant in Collerei vel eius fin., scilicet u. d. ad Fontanelle.

<sup>1</sup> *Sotto vi è un largo spazio in bianco.*

795.

1122.

« Offersio ab Alberico canonico pro Rolando canonico, q. Campillione dicebatur, canonice S. Martini de una petia terre in Tassignano u. d. Signatico, que tenet: caput in via publica, alterum in terra Homodei et in terra filiorum Lietori et Bonifatii not., latus in terra filiorum Lamberti, alterum in terra S. Stephani de eodem l.; que est star. XXVII et medietas. A. Domini MCXXII ».<sup>1</sup>

*Regestum A, c. 19.*

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge: Hanc terram tenet modo Bernardus et reddit inde xxv star. grani.*

796.

*Spira, 10 Febbraio 1123.*

Heinricus quartus imp. Prece atque interventu Adelmi Regensis aeccl. electi firmamus ac statuimus, ut eccl. B. Martini, que caput est Luc. episcopatus, ac sacrarium sanctissimi Vultus et oblationes eiusdem eccl., claustrum et canonicorum personarum cum rebus eorumdem et ceteris ad eccl. vel claustrum pertinentibus, sub nostra defensione et mundiburdio permaneant. Curtem Fabiallam cum omnibus que ad eam pertinent, quam Gualdus et uxor eius Gisla pro anime sue remedio b. Martino dederunt, et curtem de Massacrosi cum suis manentibus, silvis, pascuis, paludibus et marinis, piscariis cum Tumulo, sicut hec omnia per eandem curtem antiquitus possedisse videntur; quam curtem Berta regalis suo pretio comparavit et kanonice eccl. B. Martini obtulit. Quicquid etiam in eodem Tumulo a Bosone comparaverunt, sicut per notarium in cartulis annotatum habetur, et curtem S. Petronilla nomine, prope Massam Macinariam, cum manentibus XXI in Massa et Compto omnibusque rebus ad eandem curtem pertinentibus, una cum omnibus casis sediminibus infra urbem Luc. et extra, campis, terris etc. ad canonicam pertinentibus, canonicis confirmamus. Pena: auri libr. c. Philippus canc. recognovi vice Adelberti Mogontini archie. Data Spire. A. MCXXIII, ind. I, III id. febr.

*Originale (?) : CC. II. Stiglio cereo, perduto. Copia del sec. XVII nel cod. dell'arch. Capit.: P. XII, c. 55; Copia cart. 1659, ottobre 6, ibid.: Banco XVIII, busta VI. Cianelli, Mem. e Doc. III, 95 estr.; Stumpf, n. 3188 e Acta ined., 103, n. 92.*

797.

31 Marzo 1123.

« Henricus qd. Mundi et Rusticha eius uxor vendiderunt Rainerio primicerio unam petiam terre positam in Roncho. Manu Vuidi not. (A.) m<sup>o</sup>c<sup>o</sup>xxiii, pridie kal. aprelis ».<sup>1</sup>

*Regestum B, c. 49 v.*

<sup>1</sup> Il ms. aggiunge: Cum quibus duabus cartis (cf. il reg. n. 726) sunt plures alie carte simul cum eis plicate, de eadem materia.

798.

Capannori (Lucca), 8 Luglio 1123.

A. mcxxiii, viii id. iul., ind. ii.<sup>1</sup> Nos Bonifatius et Ildibrandus gg. qd. Ibaldini et Gislla relicta suprascripti qd. Ubaldini genitrix suprascripti gg. atque filia qd. Iohanni et Marchesina iugalis iamdicti Bonifatii et filia Pagani et Letitia iugalis predicti Ildibrandi et filia qd. Angeli, nos iugales consentientes nobis viri nostri, ubi interesse videtur notitia Rigardi iudicis sagri pal., a quo interrogate sumus sequenter edicti pagina, et michi Gislla consentie[ntibus] suprascripti ff. et mundualdi mei, per hanc cartula venundamus atque tradimus tibi Bonfilio abbati eccl. et mon. S. Petri, (quod) dicitur Potieuli, ad uctilitatem mon., unam petiam de terra in l. et fin. Paganico, prope eccl. S. Marie; tenet: caput in via publica, aliud in terra \* \*, latum unum in terra de filiabus qd. Baroncionis, aliud in terra suprascripte S. Marie de Paganico. Hanc petiam, quod est campo et arbores super se, quod est, a iusta pert. mensurata, sist. xvi et medium, venundamus et tradimus. Recepimus meritum a te, anulum unum aureum pro sol. xc. Pena dupli. Act. Capannole. S. m. iugaliu et Gislle, consentientes suprascripti gg. coniugis eorum et matri eorum. Iudicis est signum Ricardi pollice pictum. S. m. Agenlelli qd. Meehi et Singnorichi qd. Raginei et Grilli f. Grilli tt. Bernardus not. sagri pal.

*Originale: Q. 149. Nel verso, da mano del sec. XIII: De illis de Corfafugga de Paganico. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> L'ind. non corrisponde.

799.

Pozzeveri (Lucca), 12 Luglio 1123.

A. mcxxiii, iv id. iul., [ind.] ii.<sup>1</sup> Ego [Benedictus cl. filius<sup>2</sup> [...] per hanc cartula vindo et trado tibi Bonfilio abbati mon. S. Petri, (quod) dicitur Potheuli, a uctilitate mon., meam portionem de una petia de terra in l. et fin. u. d. Paganico, prope eccl. S. Marie.<sup>3</sup> De suprascripta petia, quo est campo et arbores super se, quo est, a pert. mensurata, sist. xvi et dimidium, competi [mihi ...]tam porti[onem]. Recepি meritum, arig., pro mea portione de xc sol., quos dedistis inter me et fratres meos. Pena

dupli. Nec liceat michi ullo tempore, quo a me semel factum vel scriptum est, removere. Act. Potheuli. S. m. Becti f. Dominichi et Ildibrandi f. qd. Antocci et Petri f. qd. Bonii tt. Bernardus not. sagri pal.

*Originale: Q. 25. Nel verso, di mano dello stesso Bernardus: [...] Benedictus cl. qd. Ubaldini.*

<sup>1</sup> L'ind. non corrisponde. <sup>2</sup> La restituzione è stata desunta dalle formule ripetute della stessa carta. <sup>3</sup> Seguono i confini come nel reg. precedente.

800.

*Lucca, 20 Luglio 1123.*

Breve recordationis, qualiter Gualdus f. qd. Villani, intus canonica S. Martini,<sup>1</sup> iacens in lectulo in maxima (in)firmitate, iuravit ad s. Dei evangelia: quod ipse, de castro illo, quod nominatur Fabialla, per sacramentum obligatus non erat Henricho qd. Sifredi neque Lanbercioni, ultra hoc, quod scriptum erat in brevi illo, quod ipse palam ibi in manu detinebat. Hoc factum [est presen]tiam bonorum hominum: Salamonis consulis f. qd. Salamoni, Fralmi causidici f. qd. Bungni, Ildebrandi qd. Gerardi, Bandini f. qd. Rustici, Stefani f. qd. Iohannis, Guidi f. qd. Guidi, Frediani qd. Frediani, [...]lecti f. qd. Bonii, Ildebrandi f. qd. Ughi, Ughicioni f. qd. Beraldì not., Guidorini da Cantone, [...]randi Catollo, Ildebrandi Galleta, Galvo f. qd. Credon dei, Gerardi Manaiola, Frediani f. qd. Mele, [...] f. Morecti, Benecti et Guidi gg. ff. qd. Petri, et presentiam: Ariento archipresb., Morectus can[to]r et Gerardi, Alberti, Petri, Manfredi presbiterorum, Seocti, Amati diaconorum et canonici S. Martini. A. MCXXIII, XIII kal. aug., ind. I. Vuido not. imp.

*Originale: A. 37. Cianelli, Mem. e Doc., III, pag. 95.*

<sup>1</sup> Martini è nell'interlineo.

801.

*Lucca, 24 Luglio 1123.*

A. MCXXIII, IX kal aug., ind. I. Manifestus sum ego Singnoretus qd. Boni, quia tu Berardus presb. rector de ospitale S. Martini per hanc cartula livell. nom. ad censum perexolv. dedisti mihi omnibus casis et terris et rebus, (q.) pertinent ossitali, que esse videntur in l. et fin. Cumputo u. d. Valle Cava, que nobis pertinent per iudicati cartula ex parte qd. Iohannis qd. Boniti et Albithe iugalis qd. Boniti. Dedisti, ut in mea et de meis heredibus sint potestate omnibus suprascriptis casis et terris et rebus ad abendi et f(r)uendi. Tibi et ad tuos successores omni anno in mense ian. (reddere debeamus) de oleo bono puro libr. XIII, ad iusta libr. de l. Compoto, et in vendemia de musto bono, ad bochte nostra donicata in l. Capo de Vico, xxiv star., ad

iusto star., et vi star. de castangne mellalge, ad suprascripto star. Pena: arg. libr. III. Act. prope suprascripto ospitali. Bernardus presb. ss. S. m. Bolgarelli qd. Lei, Malfere qd. Boni, Folle f. Pagani, Boni de la Vulpe tt. Henricus not. imp.

*Originale: D. 208. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Henricus: Suprascripto libello ideo factum fuit, quod suprascripta Albita debet abere usufructum de suprascriptis rebus; post morte sua libello sit firmo et stabile sicut suprascriptum (est?).*

802.

*Lucca, 19 Agosto 1123.*

A. MCXXIII, XIV kal. sept., ind. I. Nos Angelus cl. f. qd. Bonii et Raimundus f. qd. Villani per hanc cartulam venumdamus et tradimus vobis Arigentum archipresb. et Morecto cantor et Alberto et Manfredo presbiteri et confratribus et canonici eccl. S. Martini, ad parte iandicte eccl., tres petis de terris in l. prope eccl. S. Marie, q. d. in Scopiccio; duo que sunt silvis; prima, q.: unum caput tenet in terra Carboni et de suis consortibus, aliud in terra Uberti Guadardi, latus unum in terra suprascripti S. Martini, aliud in terra Rolandi qd. Mugeffi et in terra suprascripti S. Martini et de eorum consortibus; secunda, q.: unum caput tenet in terra Petri et Bernardi, aliud in via publica, latus unum in terra suprascripti S. Martini, aliud in terra S. Giorgi; tertia, q. est campus, que: unum caput tenet cum uno latere in terra suprascripti S. Martini, aliud caput in terra suprascripti Petri et Bernardi, aliud latus in terra suprascripti S. Giorgi. Recepimus pretium, sol. xxx. Pena dupli. Act. Luce. S. m. Raimundi. S. m. Benecti qd. Bonacci et Ceci f. qd. Carboni et Andrea qd. Marchi et Alberti qd. Iohanni tt. Vuido not. imp.

*Originale: G. 148; Regestum A, c. 45 v. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Vuido: Predicti xxx sol. dedit India mulier Malagonella pro remedio anime sue in predicta eccl. S. Martini, unde prefata terra fuit compra[ta?]. Nel margine inferiore, sul recto: Angelus cl. ss. Cf. il reg. seguente.*

803.

*Lucca, 19 Agosto 1123.*

A. MCXXIII, XIV kal. sept., ind. I. Nos Angelus cl. f. qd. Bonii et Raimundus f. qd. Villani, quia vos Arigentum archipresb. et Morecto cantor et Alberto et Manfredo presbiteri et confratribus et canonici eccl. S. Martini dedistis nobis pretium, sol. xxx, ad parte iandicte eccl., per hanc paginam reprobatis, ut numquam nullo tempore non habeamus potestatem, nec nos neque heredibus nostris, vobis neque successoribus vestris intentionare neque molestare nulla de tres petis de terris, duo, que sunt silvis, et tertia, q. est campus, que videntur esse in l. prope eccl. S. Marie, q. d. in Scopiccio, quas tibi per car-

tulam Vuidonis not. imp. ex comparationem obvenit a nobis ipsis.  
Pena: arg. libr. v.<sup>1</sup>

*Originale: G. 147.*

<sup>1</sup> Segue l'escatocollo come nel reg. precedente. Sotto poi si ha un largo  
spazio in bianco e quindi: Angelus cl. ss.

804.

22 Settembre 1123.

« Promissio Uberti qd. Homodei de reddendis star. x grani  
et vi fabarum<sup>1</sup> canonice S. Martini de una petia terre de Mu-  
gnano. A. Domini MCXXIII ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 23 v; Regestum B, c. 10.*

<sup>1</sup> Il Reg. B aggiunge: vel milli    <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: Hec redditum est pro  
anima predicti Aldimaris qd. Morecti. (Cf. il reg. n. 734). E il Reg. B: Manu  
Vuidi not. MCXXIII, x kal. octubris.

805.

Lucca, 8 Dicembre 1123.

A. MCXXIII, vi id. dec., ind. II. Manifesti sumus nos Be-  
neditus atque Enricus gg. ff. Iovani, patre nostro nobis  
consentiente et subter confirmante, quia tu Berardus presb. et  
custode atque rectore (de) ospitale S. Martini per cartula libell.  
nom. ad cemsum et perexolv. dedisti nobis medietatem de duo  
petiis de terris in l. et fin. u. d. Prattinghi, que pertinere videtur  
predicto ospitale; prima cum casa, q. est molino, super se ha-  
bente, et aqueducto et canale et macinis et rebus omnibus eiusdem  
molino pertinentibus, que: unum capud tenet in via publica,  
aliud in goro de molino et in terra Angeli, latus unum in terra  
S. Martini, aliud in terra suprascripti Angeli; secunda, q. est  
campus, tenet: unum capud in via publica, aliud in terra suprascrit-  
pti Angeli, latus unum in rio Guappalo, aliud in terra suprascrit-  
pti Angeli. Dedisti, ut in nostra et vestris<sup>1</sup> heredibus sint po-  
testatem eam habemdi et usumfructuamdi, et si nobis vel nostris  
heredibus oportum fuerit eam venundare, excepto si non de al(i)o  
consorte tuo de ospitale S. Petri Maioris, nobis<sup>2</sup> scire facere ha-  
bemus, et si infra dies xxx, quod si vos<sup>3</sup> nobis<sup>2</sup> scire fecerimus,  
tamquam pretium dare volueritis, quantum ab alis hominibus per  
veritatem abere potuerimus, minus sol. v, vos<sup>3</sup> nobis<sup>2</sup> firmare  
abemus, in laudatione iudicis et not.; et si infra dies xxx quod  
vos<sup>3</sup> nobis<sup>2</sup> scire facere abemus, hoc facere nolueritis, licentiam  
habeatis<sup>4</sup> alicui dare, cui nobis placuerit. Vobis vel at<sup>5</sup> subces-  
soribus vestris per omne mense dec. rendere debeamus, arg. den.  
de moneta de Luca numero sol. iv. Pena: arg. libr. v. Duo li-  
belli. Act. Luca. S. m. gg., Iovane eidem filii sui consensit.  
S. m. Uberti qd. Ildebrandi et Rolandini f. Uberti et Gerardini

Mannaiola qd. Gerardi et Rainaldini f. Homodei tt. Hugo not.  
regis.

*Originale*: S. 62.

<sup>1</sup> Così l'orig. per nostris    <sup>2</sup> Così l'orig. per vobis    <sup>3</sup> Così l'orig. per nos  
<sup>4</sup> Così l'orig. per habeamus    <sup>5</sup> Così l'orig. per ad

806. *Vicopelago (Lucca), 11 Dicembre 1123.*

A. MCXXIII, III id. dec., ind. II. Ego Gerardus presb. et canonico S. Martini et f. qd. Bonichi per hanc cartulam pro anime mee remedio dono et offero tibi eccl. et canonica S. Martini una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Vicopelago, prope eccl. atque plebe S. Georgii, que: unum capud tenet in via publica, aliud in terra de ospitale predicti S. Martini, quam per cartula offertionis dedit, et in terra suprascripti S. Georgii, latus unum in via publica et in terra suprascripti S. Georgii, latus unum<sup>4</sup> in terra filiorum qd. Angeli. Est ad pert. mensurata \* \*. Offerre prevideor, ut ab odierna die in predicta eccl. S. Martini et in illis presbiteris et clericis, q. ibi fuerint et communem vitam duxerint, in eorum sin potestatem predicta petia habendi et usum-fructuandi. Et post meum obitum dono et offero tibi eccl. et plebe atque canonice predicti S. Georgii tenimentum de predicta petia dehime in antea perpetualiter sit in potestatem eccl. et plebis de presb. et cl., q. ibi fuerint et communem vitam duxerint, eam habendi, fruendi atque recultiendi, ita ut reddat obedientiam et pensionem exinde reddemdi infra emunitate iandicte eccl. et canonice canonicis S. Martini per omne mense aug., de grano bono siccho sist. xxv, ad star. quartino venditorium, quale modo in classo, qui d. Salaiolo, percurrit; eo ordine, si plobanus vel presbiteris et clericis de eccl. et canonica S. Georgii predicta obedientiam per singulos annos, qualiter in ista cartula legitur, non dederint et non obedierint et pos(t)quam inquisitis illi fuerint, infra tres menses continuos obedientiam seu pensione non hemendaverint, tenimentum revertatur et veniat ad proprietate eccl. et canonice S. Martini et sint absque omni calunnia, eo modo, quod nullo tempore non habeant potestatem quacumque canonico de eccl. S. Martini iandicta petia alienandi vel comutandi vel ubligandi ad nullo hominem sive in alico loco; et si aliquis presb. et cl. seu canonice de eccl. S. Martini predicta petia alienaverit seu comutaverit vel ubligaverit, volo, quod proprietas deveniat in potestatem eccl. et plebe S. Georgii; et non abeat potestatem tenimentum alicui obligare neque alico modo alienare plobanus vel presb. sive cl. de plebe. Pena dupli. Act. in l. et fin. Vicopelago, intus canonica S. Georgii. Gerardus presb. ss. S. m.

Bernardi qd. Uberti iudicis et Antelmini et Malagonella gg. qd. Ughi et Gerardi Mannaiola qd. Gerardi et Ildebrandi qd. Vuidi tt. Hugo not. regis.

*Copia dello stesso Ugo, che dice: Qui supra Ugo not. regis autemticum illud, a me ipso scriptum, exemplavi: E. 15.*

<sup>1</sup> *Così la carta per aliud latus*

807.

*Pozzeveri (Lucca), 30 Dicembre 1123.*

A. MCXXIV, III kal. ian., ind. II. Nos Rolandus f. b. m. Lanberti et Buona mater et filia qd. Donati et modo iugalis Martini f. Bectonis commissarius mon. S. Petri, ego Buona consentientes michi vir meus, ubi interesse videtur notitia suprascripti Rolandini f. meo et Enricetti qd. Paganelli proximior parens, a quibus interrogata sum sequenter edicti pagina, per hanc cartula venundamus et tradimus tibi Bonfilio abbatii eccl. et mon. suprascripti S. Petri de l. Potieuli, (ad) utilitatem tui mon., omnia ex omnibus casis et terris seu rebus nostris, quo Brunecetus et Baroncius massarii de l. Gragnano detinent a nobis in Gragnano et in eius fin. a eorum manibus a lab., vel alii teneant per suprascripti massarii. Recepimus meritum, arig. a te pro sol. XLVIII. Pena dupli. Act. l. Potieuli. S. m. suprascripti Rolandini et Buone, Martinus coniugi sue consensit. S. m. Bonsomuli qd. Boni et Iolli f. Benedicti qd. (\*\*) et Baroncelli f. Oddi et Belomi qd. Rustici tt. Bernardus not. sagri pal.

*Originale: E. 155. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Bernardus: Et Rolandus cum Buona rogaverunt repromissionem, consentientes Martinus vir suus ei, a defendendum omnia suprascriptas res a predicto abbati et suo mon. suisque successoribus, a pena libr. iv arig., cum suprascriptis tt. et dotalte et suprascripto meritum pro XLVIII sol.; et ego Bernardus not. ibi similiter. Nel verso, da mano del sec. XII-XIII: Biescius et Lambertus et (?) Agevile*

808.

1123.

« Donatio Tuscani qd. Petri de Fossa Natali Bonedonne filie sue de illa petia supradicta,<sup>1</sup> quam ipse supra per libellum acceperat a nobis; unde reddebat VII star. grani et XVIII fabarum. (A.) MCXXIIIº ».

*Regestum A, c. 32 v.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 496, cui si riferisce.

809.

3 Gennaio 1124.

« Sifredus qd. Ubaldi de Boçano fecit finem et refutationem Lue. capitulo de boscho et palude, quod est et designatur a latere Boçani, a fossa Gerardi de Rivo, que est prope montem Bar-

giechie, usque ad puteum et usque ad palliaretum, et a latere montis Gravante, sicut decurrit fossa<sup>1</sup> Martini de Canali iuxta montem Aulectule, usque ad Uncile de Scardapaia. Manu Dari not.<sup>2</sup> (A.) M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup> tertio nonas ianuarii ».

*Regestum B, c. 82 v.*

<sup>1</sup> Segue de can. espunto. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: exemplata per Ghiandolfi-  
num not.

810.

*Toringo (Lucca), 13 Gennaio 1124.*

A. MCXXIV, id. ian., ind. II. Ego Rolandus f. qd. Ughi per hanc cartulam pro anime meæ remedio et pro remedio anime Bonithe defunte, qui fuit genitrix mea, offero tibi eccl. et plebe S. Pauli et in eccl. S. Petri de l. Toringo omnibus terris et rebus mobilibus et immobilibus cultis et incultis, q. fuerunt predictæ Bonithe, et eum hovenerunt per morgimecap ex parte suprascripti Ughi, q. fuit vir eius, et pater meus. Offerere prevideor, ut in predictæ eccl. et in illis presbiteris et clericis, q. ibi pro tempore fuerint, in eorum sint potestatem iandictas res habendi et usumfructuandi. Eo ordine offero eccl. et illis rectoribus, q. pro tempore officium Dei ibidem fecerint, onnes predictas terras et res, si ego mortuos fuero sine filio vel filia legitimi, non abeant etatem XVIII anni, et volo quod Brunus congnatos meos et filius qd. Gerardi et suis heredes recipient quartam portionem de illo debito de predictis terris et rebus, quod recipere debet, et tres alias portiones recipiat de aliis terris et rebus meis. Pena dupli. Act. in l. suprascripto Toringo, prope suprascripta eccl. S. Petri. S. m. Rolandi. S. m. Dominichi qd. Petri et Guilielmi qd. Baldiecionis et Antonio qd. Iohannis et Petri qd. Martini et Gerardi qd. Guidi tt. Vuido not. imp.

*Originale: D. 67. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Vuido: Rolandus voluit et ordinavit et dixit predicta plebe S. Pauli dare debet de suam portionem, q. est de quartam portionem medietatem, in eccl. S. Angeli de l. Mungnano sol. II, et in eccl. S. Giorgii de l. Parathana sol. II, e a ponte S. Petri, qui d. Marchionis, sol. II pro anime mee remedio et pro remedio anime Bonithe, qui fuit genitrix mea.*

811.

*Pescia Minore, 3 Febbraio 1124.*

A. MCXXIV, III non. febr., ind. II. Nos Guidus et Gerardus gg. qd. Singnorelli et Bona iugalis suprascripti Guidonis et filia Martini et Gislla iugalis suprascripti Gerardi et filia qd. Pieri, nos iugales consentientes nos viri nostri, ubi interesse videtur notitia Martini genitoris Bone et a Bonfilio f. meo, ego Gislla a Belluscio g. meo et a Rodolphino f. \* \*, proximiores nostri parentes, a quibus interrogate sumus sequenter edicti

pagina, per hanc cartula pro animarum nostrarum remedium offerrimus tibi eccl. et mon. de l. Putheuli unam petiam de terra, quam habemus u. d. Ortale; tenet: unum caput in terra Rovaiuli, aliud in terra Ulivunli et de suis consortibus, latus unu in terra Uberti qd. Adami, aliud in terra Benecti qd. \* \*. Offerre videmur, (ut) a modo in antea sit in potesta iamdicte eccl. et de custodibus, q. ibi fuerint, eam habendi et usufructuandi. Pena dupli. Act. prope Pisscia Minore u. d. Terme. S. m. iugulum. S. m. Martini et Bonfili q. Bonam interrogaverunt. S. m. Bellusci et Rodolfini q. Gislla interrogaverunt. S. m. Bonecti f. qd. Carboni et Ceci f. Martini et Morecci f. \* \* tt. Bernardus not. sagri pal.

*Ortginalia: X. 38.*

## 812.

*Lucca, 5 Aprile 1124.*

Breve, qualiter infra Luc. civ., iuxta eccl. S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius leguntur, Gerardus et Albericus presbiteri et canonici eccl. et canonice S. Martini pro se et pro aliis eorum confratribus per virgam, quam suis detinuerunt manibus, investierunt per tenimentum Albertum qd. Andreus de omnibus casis et cassinis et uno molino cum omnibus suis pertinentiis simulque terris atque rebus, quas Pasqualis qd. Moronti et Guerrucius qd. Marchi a suprascripta eccl. et canonica habuerunt vel detinuerunt in l. Massa Macinaria et in l. Parathana et in eorum fin.; quatenus ipse Albertus et sui heredes ac proheredes habeant et detineant illas, et reddant de eis illam pensionem, quam ipsi Pasqualis et Guerrucius soliti erant reddere canonici. Spoponderunt ei, quod si canonici predictas casas et terras vel res Alberto vel suis heredibus aut proheredibus retollerint vel aliquid superinposuerint, ita quod Albertus vel sui heredes aut proheredes non habeant licentiam vel potestatem alienandi eas aliquo modo, componere habent canonici penam arg. libr. x. Unde Albertus dedit eis sol. XLIV den. ad confirmandum omnia suprascripta. Presentia: Baroncelli qd. Menchi, Uberti qd. Guidi, Ughecionis f. Alberti et aliorum. A. MCXXIV, in die nonarum apr., ind. II. Suprascripti omnes ibi fuerunt. Darius not. imp.

*Ortginalia: O. 101.*

## 813.

*Lucca, 15 Aprile 1124.*

A. MCXXIV, xvii kal. madii, ind. II Nos Scleta atque Parente gg. ff. qd. Bonifatii simulque Litia mulier Scleta et filia Rugeri, consentiente michi Litia viro meo, ubi interesse vi-

detur notitia Lupicini iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro animarum nostrarum remedio et pro anime genitoris nostris et pro anime qd. Lanberti barbano nostro offerimus tibi eccl. epi(s)cupatus S. Martini nostram portionem de una petia de terra, q. est colle et sterpeto, que esse videtur prope Auseris et in l. et fin. Miate et prope u. d. Pianetore, que: unum capud tenet in terra nostra, quam nobis reservamus, aliud cum uno latere in terra de filii qd. Becti, aliud latus in terra Bosi qd. Lanberti et de suis nepotibus. De hanc petia competit nobis tertiam portionem, vel quantas nobis pertinere videtur, tibi eccl. episcopatus sint potestatem nostra portionem habendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. Luca. S. m. gg. et Litia, Selata coniugi sue consensit. Lupicinus iudex imp. interfui. S. m. Bernardi qd. Uberti iudicis et Lanbertuci qd. Conradi et Vitali qd. Iohannis tt. Hugo not. regis.

*Originale: M. 170; Copia del sec. XII, di Guido iudex et not. Frederici imp.: L. 89. Nel verso dell'orig., da mano del sec. XII: Cartule iste sunt de patronatu S. Michaelis de Amiate. Nel verso della copia, da mano del sec. XII-XIII: Iste sunt cartule ecclesie S. Michaelis de Miata, de terreno in quo ipsa eccl. est sita; poi da mano del sec. XIII XIV: et electionis et confirmationis et totius iuris, quod habet capitulum in dicta ecclesia.*

814.

*Lucca, 25 Aprile 1124.*

A. MCXXIV, VII kal. madii, ind. II. Ego Lanbertus f. qd. Gerardi per hanc cartulam pro anime mee remedio et pro remedio anime patri mei et mater mea et pro remedio anime qd. Guidi g. meo offero tibi eccl. episcopatus S. Martini meam portionem de una petia de terra, q. est colle et sterpeto, que esse videtur prope Auseris et in l. et fin. Miate et prope u. d. Pianetore; que: unum capud tenet in terra de filii qd. Bonifatii, aliud in terra cum uno latere de filiis qd. Becti, aliud latus in terra Bosi qd. Lanberti et de suis nepotibus et de filiis qd. Gotfredi. Competit michi de noven portionibus tres portiones et dimidia. Predicta eccl. sint potestatem iandicta mea portionem habendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Lanberti. S. m. Bernardi qd. Ughi et Cristofani qd. Emme atque Vitali qd. Raineri not. tt. Hugo not. regis.

*Originale: N. 36.*

815.

*Borgo S. Frediano (Lucca), 25 Aprile 1124.*

A. MCXXIV, VII kal. madii, ind. II. Ego Alamanna mulier Rugeri et filia qd. Ursichi, consentientes michi viro meo, et eidem viri mei consentiente sibi Cecio genitore suo, ubi interesse videtur notitia Lupicini iudicis imp., a quo interrogata sum se-

cundum edicti paginam, per hanc cartulam pro anime mee remedio et pro remedio anime genitori mei et pro remedio anime viro meo offero tibi eccl. episcopatus S. Martini meam portionem de una petia de terra, q. est colle et sterpeto, que esse videtur prope Auseris in l. et fin. Miate et prope u. d. Pianettore; que: unum capud tenet in terra de filiis qd. Bonifatii, aliud cum uno latere in terra de filiis qd. Betti, aliud latus in terra Bosi qd. Lan[berti], de fili qd. Gottefredi et de eorum consortibus. Conpetit mihi de novem portionibus tres portiones et dimidia, vel quanta mihi pertinere videtur. Tibi eccl. S. Martini sint potestatem iamdicta mea portionem habendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. in burgo qui d. S. Frediani. S. m. Alamanne, Rugerius coniugi sue consensit, et Cecius f. suo consensit. Lupicinus iudex imp. interfui. S. m. Vuidi qd. Rustichi et Carobene qd. Menchi et Malpillio f. Bonii tt. Hugo not. regis.

*Copia del sec. XII, di Guido iudex et not. Frederici imp.: L. 105.*

816.

*Worms, 25 Luglio 1124.*

H(enricus) quartus Romanorum imp. Petitione Calixti pape secundi ac interventu Wilielmi Prenistini ep. et precibus Iohannis prioris Kamaldulensis mon.; pro salute anime nostrę ac antecedentium parentum nostrorum, Kamaldulense mon. et sanctissimam heremum cum omnibus aeccl., monasteriis, hospitalibus, seu quibuscumque venerabilibus locis et congregationibus, eidem mon. vel heremo commissis seu committendis, omnibusque eorum pertinentiis, personis et rebus, castellis, curtibus seu villis seu quibuslibet possessionibus adquisitis et adquirendis, sub nostrę tutelę mundiburdio ac protectione suscepimus. Insuper et Sextensis mon. curam et ordinationem, a Paschale papa Kamaldulensi mon. seu heremo commissam, precedentibus precibus abbatis eiusdem Sextensis mon. et b. m. Rodulfi Luc. ep., in cuius epischopii parrochia situm fuerat mon. de loco, q. v. Sexto, quod Sextense appellavimus, sic manere precipimus, sicut a Paschale papa ordinatum fuisse cognovimus, et confirmamus. Pena: auri libr. c. Huius rei tt. adhibuimus: Guilielmum ep. Prenestinum et card. et Pontium Cluniacensis mon. abbatem et Gotofridum Palatinum comitem, Ottонem comitem, Adulfum comitem, preter alios q. interfuerunt quam plures. Philippus canc. recognovi vice A(delberti) archiep. Maguntini archiep. Datum a. m(c)XXIIII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup> kal. aug., ind. XII<sup>a</sup>, Wormatię.

*Copia del sec. XII: AA. 53. Mittarelli, Annal. Cam. III, app. 304, n. CCVII; Böhmer, n. 2086; Barsocchini, V, par. I, 429; Stumpf, n. 3199.*

817.

*Lucca, 26 Agosto 1124.*

A. MCXXIV, VII kal. sept., ind. II. Nos Guiscardus f. qd. Bonichi et Ghisla iugalis filia qd. Alboni, consentiente mihi Ghisla marito meo, ubi interesse videtur notitia Gerardi g. meo et Singnorecto qd. Gerardi propinquiore meo, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartula vendimus et tradimus tibi Guido f. qd. Rustici unam petiam de terra nostra, q. est ortus, cum cassina super se abente et curtem insimul, in l. Verciano prope eccl. S. Stefani; qui recta et labora(ta) esse videtur per Guillelmino massario; que tenet: unum caput in via publica, aliud cum uno latere in terra Ildebrandi qd. Uberti, aliud latus in terra suprascripti S. Stefani et aliquantulo de ipso latus in terra Uberti not. qd. Mactholini. Recepimus pretium, sol. XL. Pena dupli et insuper arg. libr. V. Act. Luce. S. m. iugalium, Guiscardus coniugii sue consensit, et Gerardus et Singnorectus interfuerunt. S. m. Cancillieri f. nostro qui supra iugalis, et Guido f. suprascripti Guidi et Ugo qd. Bolgari tt. Vuido not. imp.

*Originale: O. 156.*

818.

*S. Pietro in Campo, Agosto 1124.*

Notitia brevis ad memoriam habendam, qualiter in l. et fin. u. d. ad plebem S. Petri de Campo, in presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Albertus qd. Rolandi fecit conventionem et pactionem cum Bonfilio abate de mon. Potheuli, quod predictus Albertus per suam terram, quam tenebat suos villanos de l. Cerraeto, prope Pisscia Minore, aquiducum dare debebat molendinis de mon. Potheuli omni tempore, pro quo acquiducum predictus abbas dedit meritum, unam petiam de terra Alberto, quod est in l. u. d. al Po(n)ticelli, in Campo de Buiano; ideoque Albertus suisque eredes per suprascriptam conventionem et pactionem actores et defensores abbati suisque successoribus esse debent, et abbas suisque sucessores actores et defensores esse debent Alberto suisque eredibus de predicta terra et facere cartulam et scriptiones, et Albertus et sui eredes similiter facere cartulam et scriptiones abbati suisque successoribus, sicut not. laudaverit recte. Presentia: Armanni f. Rolandi, Alberti qd. Villani, Ruberti qd. Rolandi, Bonfilii qd. Tolfori. A. MCXXIV, in mense aug. Bernardus not. sagri pal.

*Originale: X. 88. Nel verso, da mano del sec. XV: In Valle Nebule.*

819.

*Lucca, 12 Settembre 1124.*

A. MCXXIV, prid. id. sept., ind. III. Ego Mencus qd. Vitalis per hanc cartula vendo et trado tibi Guido qd. Guidi omnem

actionem et locationem, tenimentum, usum et libellariam atque omne ius, quod michi pertinet, de duabus petiis de terris, q. sunt campi, in l. Ducaia et (prima) tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latere in terra et dimidio fosso, quam filii qd. Petri detinent, alterum (latus) in terra et dimidia fossa Lupicini; altera tenet: unum caput in terra et dimidia fossa de filio qd. Boni, alterum cum uno latere in terra et dimidiis fossis, quam suprascripti ff. qd. Petri detinent, alterum (latus) in terra de Scannelis. Recepi pretium, sol. xvi Luc. den. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Menchi. S. m. Gerardi qd. Boni, Guiterni qd. Martini et Gotefredi qd. Petri tt. Darius not. imp.

*Originale: H. 166. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Darius: Hec cartula tali pacto est facta: Si Mencus vel sui heredes aliqua die inter qui et tres annos proximiores perevolerint Guido vel suis heredibus sol. xvi Luc. den. et pensionem de suprascriptis terris per singulum annum in mense aug., ad casam habitacionis ipsius Guidi, de grano bono sicco star. viii et de fabis bonis siccis star. unum, cum iusto star. Luc. venditorio, quod ista cartula sit inanis et vacua.*

820.

*Lucca, 8 Novembre 1124.*

A. MCXXIV, vi id. nov., ind. III. Nos Ughicionis et Bene gg. ff. qd. Bonii cl. qd. Algotii,<sup>1</sup> quia vos Maurus cantor et Albericus presb. et canonici S. Martini dedistis nobis meritum, arg., per hanc paginam repromictimus vobis, nos vel nostri heredes dare habemus per singulos annos in mense ian., ad canonicam S. Martini, vobis vel ad vestris successoribus, arg. din. xviii Luc. monetę, obedientiam et pensionem de unam petiam de terra, q. est campus, in l. et fin. Tenpangnano, et tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra \* \*, aliud latus in terra suprascripti S. Martini, que pertinere videtur predictam petiam eccl. et canonicę S. Martini. Pena: arg. libr. x. Act. Luce. S. m. Ughacione et Bene. S. m. Bernardi qd. Uberti iudicis t. S. m. Uberti Oncinelli qd. Bonii t. S. m. Becchi qd. Raimundi t. Vuido not. imp.

*Originale: H. 134; Regestum A, c. 12 v.*<sup>1</sup> qd. Algotii è su rasura.

821.

*Lucca, 15 Gennaio 1125.*

A. MCXXV, xviii kal. febr., ind. III. Nos Albertus et Albericus et Rainierius et Oddus presbiteri et Gerardus et Amatus diaconi atque Hubertus simulque Anselmus subdiaconi et confratres eccl. et canonicę S. Martini per hanc cartula libell. nom. ad censum et perexolv. dare videmur tibi Antonio f. qd. Inghiti unam petiam de terra, cum casa et curte insi-

mul, que videtur esse in l. et fin. Arsina u. d. Casa Maiorę, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra Rolandi et de suis consortibus cum anbibus lateribus. Dare videmur, ut in tua et in tuis heredibus sint potestate eam habendi et usumfructuandi. Nobis vel nostri successoribus per singulos annos in mesę ian. din. iv, Luc. din., rendere debeatis. Pena: arg. libr. v. Duo libelli. Act. Luce.<sup>1</sup> S. m. Mala(s)taff f. Raineri et Uberti qd. Martini et Aetholini qd. Iohannis et Angeli qd. Baldini tt. Vuido not. imp.

*Originale: C. 74. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> *Sotto vi è un largo spazio in bianco.*

822.

*Lucca, 15 Gennaio 1125.*

A. MCXXV, XVIII kal. febr., ind. III. Manifestus sum ego Antonius f. qd. Inghiti, quia vos Albertus et Albericus<sup>1</sup> etc. per cartula libell. nom. ad censum et per exolv. dedistis michi unam petiam de terra cum casa<sup>2</sup> etc. Dedistis, ut in mea et in meis heredibus sint potestate eam habendi et usumfructuandi. Vobis vel vestri successoribus per singulos annos in mese ian. din. iv, Luc. din., rendere debeamus. Pena: arg. libr. v. Duo libelli. Act. Luce. S. m. Antonii. S. m. Malastaffa f. Raineri.<sup>2</sup>

*Originale: C. 89; Regestum B, c. 57.*

<sup>1</sup> *Seguono i nomi de' canonici come nel reg. precedente.* <sup>2</sup> *Segue come nel reg. precedente.*

823.

*Lucca, 30 Maggio 1125.*

A. MCXXV, III kal. iun., ind. III. Ego Rolandus f. Sporoni, quia vos Petrus Arige(n)to archipresb. et Rainieri cl. et promicerius atque Maurus cantor simulque Rainieri et Albertus presbiteri et confratrum et canonici S. Martini, predictus Mauro cantor et Alberto presbiteri dedistis michi meritum, anulum aureum pro sol. L Luc. den. pro nobis<sup>1</sup> et pro personis nostrorum<sup>2</sup> confratrum, consentiente mihi Rolando genitore meo, per hanc paginam repromitto vobis, ut numquam ego neque mei heredes, vobis neque vestris successoribus intentionare neque molestare non abemus, nulla de hoc, quod tu usque modo detinuisti ad suprascripta eccl. et canonica, quod mihi pertinet aliquo modo ex parte qd. Bonedonne uxoris mee et qd. filia Toscani, de una petia de terra, q. est campus, in l. Piagule, prope Prato Marchionis, et tenet: ambo capita in viis publicis, latus unum in terra suprascripti S. Martini, alterum in terra Leucii ferrari. Pena: arg. libr. x. Act. Luce. S. m. Rolandi, Sporone f.

suo consensit. S. m. Bernardi qd. Uberti iudicis, Stibii qd. Ste-  
fani et Guilielmi f. Bernardi tt. Guilielmus not. imp.

*Originale*: B. 101; *Regestum A*, c. 32; *Regestum B*, c. 51 v, con la data 30  
dicembre 1125. *Il reg. A aggtunge*: Credo hanc terram esse partem illius  
terre, quam obtulit supra Sisemundus (cf. il reg. n. 73), iuxta Pratum regis.  
Hanc terram detinet modo Pallia de Classo cum consortibus; de qua reddunt  
xii star. grani et xii fabarum; et sunt cultre duo et plus.

<sup>1</sup> Così l'orig. per vobis    <sup>2</sup> Così l'orig. per vestrorum

824.

12 Giugno 1125.

« Grillus qd. Vitalis et uxor vendiderunt Luc. capitulo v  
petias terrarum, q. sunt in confinibus Massagrose, in l. dicto  
Gello, et in l. dicto Lame et Goro. Manu Belloni not. (A.) MCXXV,  
prid. idus iunii ».

*Regestum B*, c. 92.

825.

Porcari (Lucca), 16 Settembre 1125.

A. MCXXV, XVI kal. oct., ind. IV. Ego Gogio f. b. m.  
Bellandi, quia Lanbertus et Guidus et Rolandus atque Gerardus  
et Bonitio gg. ff. b. m. Lanberti per iudicati cartula, scripta ex  
manibus Lanberti not. imp., pro animarum eorum remedium iu-  
dicaverunt et confirmaverunt in potestate mea et Pelegrini not.  
f. qd. Tassimanni et Bruni qd. Gamanelli omnia ex omnibus ca-  
sis et terris seu rebus eorum, quod habebant<sup>1</sup> in l. et fin. Sa-  
turno et in l. u. d. Campo Maiore et in l. Vechiatoia et in l.  
Canova et in eorum fin., et tertiam portionem eorum de tribus  
petiis de terris, qui sunt canpora, et Raginerius f. b. m. Corbi  
tenebat ab<sup>2</sup> eis gg., sicut invenitur per capita et latera et loca  
et vocabula; quatenus, ut a presenti die, tam in vita eorum quam  
et post obito in nostra, tam nos toti insimul quam et quis ex<sup>3</sup>  
nobis, qui hu(n)c iudicatum pre manibus habuissent, vel de no-  
stris eredibus, esset in potestate omnia habere et usufructuare,  
et si oportum fuisset unus sine alium licentiam et potestatem ha-  
bere causa inde agendi et vendendi et dispensandi, iterum iudi-  
candi et faciendi exinde quidquid<sup>4</sup> voluissemus, et quidquid<sup>5</sup> fe-  
cissemus pro eorum animarum remedium, stabile permanere sem-  
per, tam in vita eorum quam et post obito, sicut in ipso iudicato  
legitur; proinde modo ego, q. iudicatum ipsum pre manibus ha-  
beo, secundum eorum institutionem et dispositionem, per hanc  
cartula offero tibi mon. S. Petri de l. Potieuli pro eorum anima-  
rum remedium omnia illas res, quas michi pertinere videtur. Of-  
ferrere videor, ut ab odierna die in antea omnia sit in potestate  
de illo mon. et de illis abbatibus et rectoribus, q. modo ibi sunt  
aut erunt et regulariter ibi permanserint, eas habendi et usufruc-

tuandi. Si aliquando ego vel mei eredes tibi mon., tuisque rectoribus de omnibus predictis rebus intentionaverimus, spondeo una cum meis eredibus componere omnia in duplu. Da aliis hominibus per vobis eas defendere debeatis. Act. intus castro de Portari. S. m. Gogi. S. m. Bagarelli f. suprascripti Gogi et Lambertini f. qd. Iohanni et Vitori et Anselmi gg. qd. Baldistachi et Acti f. Beriti tt. Bernardus not. sagri pal.

*Originale: Q. 1.*

<sup>1</sup> *L'orig. ha: habebent*   <sup>2</sup> *L'orig. ha: ap*   <sup>3</sup> *L'orig. ha: et*   <sup>4</sup> *L'orig. ha: quidquie*   <sup>5</sup> *L'orig. ha: quidecuique*

826.

*Lucca, 3 Aprile 1126.*

*Originale: V. 65. Nel margine inferiore della carta, sul recto, di mano dello stesso Bernardus: De suprascriptis duobus petitis totis, sicut supra per omnia legitur, que tota monasterii pensione exit inde sol. iii.*

907.

*Porcari (Lucca), 14 Marzo 1135.*

Ad memoriam habendam, qualiter in l. et fin. burgo de Porcari, in presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Paganellus qd. Rola[ndi] una cum domina Agnesia uxore sua qd. Arduini filia et cum Rolandino et Ildebrandino gg. ff. suprascripti iugales insimul omnes per fuste, quod in eorum manibus tenebant, investierunt Teudaldum abb. de mon. de Puteuli, in vice S. Petri, et dederunt et tradiderunt atque concederunt omne decimationem de illo recoltu omnium, quod eorum castaldiones recolligere faciunt aut colligunt pro eis ad donicatum de castaldatu de plano, et si habuerint molendinum in Cavaliano, medietatem de illa [de]cima de illo redditu concederunt non a(m)plius, et dederunt etc. omnem illam decimationem, quod exierit de sceppato de bosco Martini Curti et scandario et de sceppato de bosco castellano et de omni sceppato, quo a modo in antea erit factum, unde ipse habere debeant redditum. Presentia: Matiolini qd. Lanberti et Gratini qd. Iohanni et Ildebranducci qd. Rodolfi; isti tres tunc in tempore erant castaldi eorum; et presentia: Baroncelli qd. Ocdi et Calutichi qd. Bolgarelli, et reliqui plures erant ibi. A. MCXXXV, prid. id. mar., ind. XIII. Suprascripti castaldi ibi fuere. Suprascriptus Baroncellus ibi fuit. Suprascriptus Caluticus ibi fuit. Bernardus not. sacri pal.

*Originale: G. 36.*

908.

*Paganico (Lucca), 31 Marzo 1135.*

A. MCXXXV, II kal. apr., ind. XIII. Ego Gregorius sacerdos, custos et rector eccl. S. Marie de Paganico, per hanc car-

tulam vendo et trado vobis Benefeci et Landino gg. qd. Rospilii unam petiam de terra, q. est campus, in suprascripto l. Paganico u. d. in Saviole, et tenet: unum caput cum uno latere in terra et media fossa vestra, aliut caput, cum fossa infra se, in terra de curte de Porcari, alterum latus, cum fossa infra se, in terra Guaschi qd. Albertini et de suis consortibus. Recepit anulum, arg. launechild pro pretio xl sol. Act. suprascripto l. Paganico, iuxta suprascriptam eccl.<sup>1</sup> S. m. Sesmondi qd. Iohannis, Allucciori qd. Signorecti, Benedicti qd. Iohannis, Gemignani qd. Nichi, Albertini qd. Ildebrandi, Carincioni qd. Stephani, Petri qd. Roberti, Allexandri et Tardiboni ff. Signorecti, Ugolini qd. Iohannis di Campo tt. Gualfredus not. imp.

*Originale: Q. 107.*

<sup>1</sup> *Sotto v' è uno spazio in bianco.*

909.

3 Luglio 1136.

« Promissio Lutterii Cacabeci qd. predicti Henrici<sup>1</sup> ad canonicam S. Martini de reddendo xi star. grani et xi fabarum canonice S. Martini de predicta terra.<sup>2</sup> A. Domini MCXXXVI ».

*Regestum A, c. 32; Regestum B, c. 51 v.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 339, cui si riferisce. <sup>2</sup> Cf. il reg. n. 339, cui si riferisce. Il reg. B aggiunge: que est campus, posita in Campo de Leulo. Manu Lanfranchi not. M°C°XXXVI, v non. iulii.

910.

1136.

« Offersio a predicta Binia<sup>1</sup> relicta qd. Guilielmi predicti<sup>2</sup> de duabus partibus sue partis, q. est tres portiones de predicta terra in Ronco, que partim erat alodium et partim tenimentum ab eccl. S. Martini, per iudicium supradicti Guilielmi et Allegretti;<sup>3</sup> de quo tenimento reddebat S. Martino den.<sup>4</sup> xxxii, et ecclesie S. Petri Maioris den. xvi; que tenet: caput in fossa, q. d. Savalliana, alterum in terra Guicciardi Catolli de S. Salvatore in Muro, latus in terra Guidi qd. Gerardi, alterum in terra predicti Allegretti; tali tamen pacto obtulit, ut si Ruffulus f. eius daret pro anima sua quibusdam ecclesiis et S. Martino testamentum suum, predicta terra esset in potestate filii eius, alioquin due portiones predicte terre essent B. Martini et tertia S. Petri Maioris. A. Domini MCXXXVI ».

*Regestum A, c. 33. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 624, cui si riferisce. <sup>2</sup> Seguono le parole de melioramento suo espunte. <sup>3</sup> Il ms. aggiunge: factum supra; cf. il reg. n. 624. <sup>4</sup> den. è nell' interlineo.

911.

(Circa il 1136?).

« Binia mulier relicta qd. Guilielmi et filia qd. Leonardi cl. obtulit Luc. capitulo suam partem, q. est de quatuor partibus tres, unius petie terre posite in confinibus Ronchi, in l. dicto Savaliana ».<sup>1</sup>

*Regestum B, c. 40 v. Cf. il reg. precedente.*

<sup>1</sup> Il ms. aggiunge: De qua redditur Luc. capitulo den. xxxii annuatim.

912.

1136.

« Venditio Iordanis qd. Billie de quattuor petiis terrarum in Fiesso Ugolino, q. Baroncello dicebatur,<sup>1</sup> qd. Mingarde,<sup>2</sup> que sunt cultre duo; quarum prima tenet: caput in via publica, alterum in terra S. Iustine, latus in terra Guidi qd. Guidi et Ubaldi qd. Uberti, alterum in terra S. Martini; secunda (tenet): caput in via publica, alterum in terra S. Iustine, latus in terra Petri qd. Ildebrandi et nepotum,<sup>3</sup> alterum in terra Signorecti qd. Bonaldi et consortum, quarta,<sup>4</sup> ortale, tenet: caput in via publica, alterum caput cum latere in terra filiorum Rugerii, alterum (latus) in terra predicti Signorecti et consortum. A. MCXXXVI ».

*Regestum A, c. 34.*

<sup>1</sup> Le parole q. Baroncello dicebatur sono nell' interlineo. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: de quibus ipse Iordanus reddebat canonice S. Martini xviii star. inter granum et fabas et milium, ut in rotulo dicitur. <sup>3</sup> et nepotum è nell' interlineo. <sup>4</sup> La petia tertia manca.

913.

Tassignano (Lucca), 31 Gennaio 1137.

A. MCXXXVII, prid. kal. febr., ind. xv. Nos Berardus presb. et Mencorellus gg. qd. Martini et Cinbardus f. suprascripti Mencorelli et Matelda uxor eiusdem Mencorelli et (filia) qd. Cecii et Lamandina uxor suprascripti Cinbardi et filia Bernardi, consentiente michi Cinbardo patre meo, et nobis mulieribus consentientibus viris nostris, ubi interfuit notitia Cessionis g. mei Mateldę et Blanci nepotis mei et (filii) qd. Pandolfini, propinquorum meorum, et michi Lamandine interfuit notitia patris mei et Sesmondi subdiac. g. mei, a quibus interrogate (sumus) secundum etdicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Pagano qd. Boni Moreni duas petias de terris nostris, q. sunt campi, in l. et fin. Tassignano u. d. in Limite; una tenet: unum caput in via publica, alterum in semita, latus unum in terra Lanberti Canis, sicut termini ibi positi sunt, alterum in terra Bonici eiusque nepotum, sicut termini ibi positi sunt, et est cum pert. mensurata star. xi, que mihi Mateldę pertinet per antifactum ex parte viri mei; secunda tenet: unum caput in se-

mitula et aliquantulum in terra suprascripti Lanberti Canis et in suprascripta terra, alterum in terra filiorum qd. Bonoti et aliquantulum in terra Iustiniani, sicut termini positi sunt, latus unum in terra S. Petri Maioris, alterum in terra suprascripti Iustiniani, et est cum pert. mensurata star. iv et si plus est. Receperimus pretium, CLXXV sol. Lue. Pena dupli et arg. libr. x. Act. in suprascripto l. Tassignano, prope S. Margaritam. S. m. Beraldi presb. et omnium suprascriptorum iugalium, Mencorellus filio suo et uxori sue consensit et ipse Cinbardus uxori sue consensit; Cecione et Blancus propinquiores Mateldę et Bernardus et Sesmonodus subdiac. g. Lamandine interfuerunt. S. m. Sifredi qd. Savorii, Lamberti qd. Conradi, Mainetti qd. Gottifredi, Benenati qd. Iohannis tt. Ugo not. imp.

*Originale: H. 80. Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV: Compera etc. de terra in Limite, in S. Margarita.*

## 914.

4 Febbraio 1137.

« Refutatio de terra in Turingo, u. d. Ducaria, Glandulfi qd. Uberti iudicis ad canonicam S. Martini; que tenet: caput in via publica, alterum in semitula, latus in terra predicti Glandulfi,<sup>1</sup> alterum latus in terra predicte canonice, quam tenebat Curtafides,<sup>2</sup> et predictus Glandulfus de terra, quam refutavit, (reddebat) star. III grani.<sup>3</sup> A. Domini MCXXXVII ».<sup>4</sup>

*Regestum A, c. 22 v; Regestum B, c. 8 v.*

<sup>1</sup> Il ms. aggiunge: de quo fuit Enrigetus    <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: de quo Malusus, de Malusu Guilielmus, q. reddebat viii star. grani de predicta terra

<sup>3</sup> Il Reg. B ha: Pandulfus refutavit etc. campum de Ducaia. Manu Ughi not. MCXXXVII, prid. non. febr.    <sup>4</sup> Il ms. aggiunge: De istis viii star. grani Guilielmi Malusi habemus modo star. iii grani et iii milli per commutationem in Gattaiola; tria vero star. credo esse vendita.

## 915.

Lucca, 18 Febbraio 1137.

A. MCXXXVII, XII kal. mar., ind. xv. Nos Ugolinus et Belluscius gg. qd. Serelli et Marta uxor suprascripti Ugolini et filia Omici et Bonafilia uxor suprascripti Belluscii et (filia) qd. Benecti, consentientibus nobis mulieribus viris nostris, ubi interfuit notitia patris mei Martę et Iohannis g. mei, et michi Bonefilię Pandolfini g. mei et Signorecti avunculi mei qd. Mi-liandri propinquorum meorum, a quibus interrogate sumus secun-dum etdicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Vitali qd. Iohannis unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. et fin. Capannule u. d. la Muscella, et tenet: unum caput in terra Martini qd. Albituchi, alterum in terra nepotum qd. Arimundi eorumque consortum, latus unum in

via, alterum in terra Brunecti qd. Bectori. Hanc petiam, q. est, cum pert. mensurata, star. VII et scale II, vel si plus est, tibi eam vendimus et tradimus. Recepimus pretium, LVI sol. Luc. Pena dupli. Act. Luce. S. m. gg. atque iugalium, Ugolinus uxori sue et Belluscios uxori sue consenserunt. Homicio et Iohannes propinquiores Marte, Pandolfinus et Signorectus propinquiores Bonefili interfuerunt. S. m. Martini qd. Pagani, Martini qd. Bacari, Ugolini qd. Cighi tt. Ugo not. imp.

*Originale: V. 18. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Ugo: Vitalis investivit Ugolinum et Belluscium gg. de suprascripta terra, quatinus ipsi gg. eorumque heredes haberent et tenerent eam, reddendo de ea omni anno in mense aug. Vitali eiusque heredibus, ad casam eorum habitationis, IV star. de grano bono et II star. de fabis bonis, iusto star. Luc. venditorio; et ipsi gg., in pena consulum treuguanorum Luc., qui pre tempore fuerint, Vitalem investierunt, quod ipsi eorumque heredes reddent ei eiusque heredib[us], sicut dictum est, et non peiorabunt studiose terram, q. est campus cum arboribus super se. Nel verso, da mano del sec. XIII: Carta tavernaril Martini, de redditu fabarum et grani.*

916.

Lucca, 28 Marzo 1137.

Breve recordationis, qualiter infra Luc. civ., prope eccl. S. Marie, q. d. Palathese, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius leguntur, Petrus qd. Martini per fustem, quem sua tenuit manu, investivit Ubaldum qd. Uberti Calvi, quod ipse et sui heredes ac proheredes reddent pensionem eidem Ubaldino vel suis heredibus ac proheredibus per singulum annum, in mense mar., den. XIV Luc. de una petia de terra, q. est sterpeto, in l. Carignano u. d. Arsiccio, de qua ipse Ubaldus eumdem Petrum odie per tenimentum investivit; tenet: caput in via publica, alterum in rivo, latus unum in terra Guidi qd. Guidi, alterum in terra eccl. et mon. S. Marie de Carignano et in terra Ildebrandi qd. Pandolfi et de suis consortibus. Item Petrus fecit pactum et conventum cum Ubaldo: si ei vel suis heredibus aut proheredibus aliquo tempore oportunit fuerit vendere vel alienare melioramentum, quod in suprascripta petia fecerint, notificabunt Ubaldo vel suis heredibus aut proheredibus, et si ipsi infra dies XXX proximiores, postquam eis notificaverint, tantum dare voluerint sine fraude, quantum ab aliis hominibus habere potuerint, minus sol. III Luc. den. in venditione ipsi facient eis securitatem in laudatione eorum iudicis et not.; et si ipsi eis infra suprascriptum terminum id dare noluerint, deinde vendant illud cui voluerint ad hoc salva tamen suprascripta pensione. Pena: arg. libr. V. Unde Ubaldus fecit Petro meritum, anulum ad confirmandum omnia suprascripta. Presentia: Rolandi not. qd. Guietonis not., Maleteste qd. Bectusci, Ranucci naturali f. qd. Veccli et Ildebranducci qd. Cighi.

A. MCXXXVII, v kal. apr., ind. xv. Suprascripti omnes ibi fuerunt. Guilielmus not. imp.

*Originale: F. 30. Nel verso, da mano del sec. XII: Hec sunt cartule de Fichino.*

917.

*Lucca, 13 Aprile 1137.*

A. MCXXXVII, id. apr., ind. xv. Ego Bonellus qd. Caffarelli per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberigo presb. et can. eccl. et canonice S. Martini, ad opus et utilitatem eiusdem eccl. et canonice, tenimentum meum et omne ius et actione et derictum simulque usum, quantum et quale habeo vel causare possum, de duabus petiis de terris, q. sunt canpi, quas detineo a suprascripta eccl. et canonica, in l. et fin. Canpolongo; prima tenet: unum caput in terra Uberti Guadardi, alterum cum anbo lata in terra suprascripti S. Martini; secunda tenet: anbo capita cum uno latere in terra eiusdem S. Martini, aliut latus in terra Butinga.<sup>1</sup> Similiter vendo et trado tibi meam portionem, q. est medietas, de una petia de terra in predicto l., pertinentes predicte eccl. et canonice, videlicet quicquid mihi pertinet per tenimentum vel per usum aut alio modo, et habet ipsa petia: unum caput in via plubica, aliut tenet in terra, quam tenet Lanbertus Cane, latus unum in terra, quam tenet Ugolinus f. Pecci,<sup>2</sup> alterum in terra \*. Est campus. Recepisti pretium, sol. LXV ex parte eccl. et canonice. Act. Luca, in eccl. S. Martini. S. m. Bonelli. S. m. Truffe qd. Gerardi, Guardaincoppo qd. Bonoti, Guidi qd. Singnorecti, Buschetti qd. Bonii, Guilielm[i] qd. Guilielmi, Rainaldini qd. Menchi tt. Henricus not. imp.

*Originale: D. 63; Regestum A, c. 18 v; Regestum B, c. 14 v. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Henricus: Signorellus (nel Reg. A, nel margine, da prima mano: de Signorello Martinus et Angiorellus) qd. Petri fuit pactum et conventum Alberigo presb. et Lottiero diac. canonico eiusdem eccl. S. Martini, donec canonicius aut Bonello placuerit, laborare predictas terras, quod nullam item vel molestiam eis facient, et ipsi convernent Singnorello, si ipsi non lab[...] eas ad eorum manus, quod debent eam dare Singnorello ad afflictum viii star. inter granum et fabis, sicut [...] presentia suprascriptorum.*

<sup>1</sup> Il Reg. A ha: Buçinga    <sup>2</sup> Il Reg. A aggiunge: unde ipse Ugolinus (nel margine, da prima mano: pro quo modo Cristianus f. qd. Maliceristiani qd. Pecci) reddebat nobis iii star. grani et iii milii.

918.

*Calavorno, 2 Novembre 1137.*

Breve causa memorie, qualiter in l. Calavurna, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius memorantur, Tedericus et Preitellus gg. et ff. qd. Ildebrandi et Mateldina coniux suprascripti Tederici et filia b. m. Lanberti avocati regis et

Sine opus coniux iamdicti Preitelli et filia qd. Sigelmi, consentientibus eis viris eorum, ubi interfuit notitia Gratiani iudicis sacri pal., a quo interrogate fuerunt, per virgam, quam in suis detinebant manibus, investitionem dederunt i(n) manibus Henrici monachi f. qd. Guittonis et missi donni abbatis eccl. S. Petri de Pozeuli, quod suprascripta eccl. per eorum datam licentiam deinceps, sine aliqua molestia, posideret et haberet aqueductus de molendino suprascripte eccl., qui est positus prope Pescia, in l. u. d. Cerreta; et omnes obligaverunt se, quod ipsi nullo modo aliquam molestiam de molendino vel aqueductus predicte eccl. vel eius clericis facient, et si inferre ausi fuerint, quod componere habent penam, arg. sol. cc Luc. monete; unde Henricus fecit suprascriptis meritum, sol. x den. monete Lucensium. A. mcxxxvii, iv non. nov., ind. I. Presentia: Rolandi qd. Opti, Bolgarelli qd. Betti, Gibelli qd. Ugonis, Becci qd. Vuidi, Maze filii qd. Morigonis et ceterorum. Rolandus et Bolgarellus atque Gibellus interfuerunt, Beccus et Maza interfuerunt. Gratianus sacri pal. iudex et not.

*Originale: X. 32.*

919.

*Lucca, 12 Gennaio 1138.*

A. mcxxxviii, prid. id. ian., ind. I. Ego Bonaldinus qd. Alberti per hanc cartulam, nomine pignoris, do et trado atque oblico Martino qd. Petri meam portionem, q. est tres portiones, unius petie de terra, in qua habito, in l. Tassignano, prope aeccl. S. Margarite; que tenet: unum caput in via, alterum similiter, latus in terra ospitalis S. Marie, alterum in terra Bruni et eius consortum. Recepit meritum, arg. pro xxviii sol. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Bonaldini. S. m. Bonifatii et Guilielmi ff. suprascripti Bonaldini, Bonfilii qd. Bonithi tt. Guinisius not. imp.

*Originale: H. 62. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Guinisius:* Hec cartula eo modo facta est, quod si ego Bonaldinus aut mei heredes redderimus tibi Martino aut tuis heredibus xxviii sol. in capite istius anni aut in capite secundi aut tertii anni, suprascriptos et prode omni mense den. sex (sex è su rasura), aut parati fuerimus ad dandum, quod recipere debeatis, et hec cartula sit inanis. Veruntamen si abstulerimus aliquatum de alio anno et non erimus parati reddere in capite anni, postea debeamus tenere usque ad annum completum, nisi fuerit vestra voluntas recipiendi. Et si sic deinceps ad tres annos non persolverimus, completo termino, non mittemus item aut intentionem vobis de predicta terra (et) actores et defensores erimus.

920.

*Lucca, 26 Marzo 1138.*

A. mcxxxviii, vii kal. apr., ind. I. Nos Celondus qd. Ingithi et Alvernatha iugalis filia Guidi, lege Romana vivens

ex parte viri mei, per hanc cartulam damus pro animarum nostrarum nostrorumque parentum remedio offerimus tibi eccl. atque mon. S. Petri de l. Potheoli omnes terras atque res cultas et incultas, mobiles et immobiles, quas Brunus et Crimaldus atque Mancius a nobis et Guidus qd. ( \* \* ) detinent in confinibus Dardagne in l. u. d. Querqueto, reddendo omni anno x libr. olei. Offerimus, ut deinceps et in vita nostra et post obitum nostrum predicte terre deveniant in proprietate et potestate mon. et monacorum, q. ibi pre tempore fuerint, ad habendum et fruendum et predictum affictum recollendum atque laborare faciendum, ad monacorum usum et predicte eccl. utilitatem. Si habuerimus liberos legitimos et nos aut nostri liberi comparaverimus tantam terram, cum consilio et voluntate habatis, q. pre tempore ibi fuerit constitutus, ubi tribuamus (?)<sup>1</sup> cxx sol., et fecerimus cartulas in mon., hec evanescat cartula; et si sine liberis legitimis mortui erimus, firma et stabilis permaneat; interim tamen terras suprascriptas earumque ricoltum sit in mon., donec, ut dictum est, terra fuerit co(m)parata. Pena dupli et insuper pena consulum et treuguanorum Lucensium, q. pre tempore fuerint, et xx libr. arg. Act. Luca. S. m. iugalium. S. m. Patthi qd. Gerardi, Rustichi qd. Petri, Pauli qd. Cighi, Guidi patris predicte Alvernathae tt. Guinisius not. imp.

*Originale : X. 119. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Guinisius : Celondius iuravit ad Dei evangelia, quod predictas (terras) non habet o(b)ligatas aliquo modo, quod sit damnetas monasterio; neque contradicit ricoltum recollgere, quod est x libr. olei, suprascriptis monachis, donec, sicut dictum est, terras comparaverit cum consilio habatis, q. ibi pre tempore fuerit; sic ad Domini evangelia iuravit.*

<sup>1</sup> L'orig. ha : tribuabus

921.

Lucca, 30 Marzo 1138.

A. MCXXXVIII, III kal. apr., ind. I. Ego Argentus, prenominato Petro, archipresb. et can. S. Martini et qd. f. Petri per hanc cartula pro anime mee remedio offero tibi ospitale S. Martini, que est dificatum infra Lue. civ., prope pusterula S. Alexandri, unam petia de terra, q. est campus, in l. u. d. in Campo, prope Tofi, que d. Carelli; que: unum capud tenet in terra et dimidia fossa Teperi qd. Frediani, aliut cum uno latere in terra et dimidia fossa Nuviloni qd. Opiti, aliut latus in terra et dimidia fossa predicti ospitale. Hanc petia, q. est, cum iuxta pert. mensurata, mod. I et sist. II et dimidia schala, (vel) si plus inventa fuerit, tibi offerre prevideor, ut ab odierna die in ospitale suisque rectoribus in eorum sit potestatem eas habendi et usum-fructuandi, et sit in cibo pauperum, ita quod non liciat alieui

predicta terra vendere neque aliquo modo alienare. Pena dupli. Retento michi usumfruct[u] de suprascripta petia, donec vixeris, in qualemque l. stetero. Act. Luce.<sup>1</sup> S. m. Antelmini et Malagonnelli gg. qd. Ughi et Saulli qd. Tedaldini et Guillielmi qd. Pesi et Signorecti [...] tt. S. m. Saulli et Bellomi gg. qd. ff. Belloni cl. tt. Ugo not. regis.

*Originale*: P. 60.

<sup>1</sup> *Sotto v' è uno spazio in bianco.*

922.

*Lunata (Lucca), 9 Agosto 1138.*

A. MCXXXVIII, v id. aug., ind. I. Nos Thabulinus qd. Hogicionis et Berta uxor eius filia Sismundi, consentiente mihi Berta viro meo, ubi interfuit notitia patris mei et Ceci qd. Iohannis propinquiores mei, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartula vendimus et tradimus tibi Tedaldo abati eccl. et mon. S. Petri de Potheoli unam petiam de terra nostra, q. est campus, in l. et fin. u. d. Aiatico, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra filiorum Rainerii et eorum consortum, latus unum in terra filiorum qd. Villani, alterum in terra de hominibus de Maschiano. Est per mensuram sist. XXXI. Recepimus meritum, aurum pro sol. CXLVIII Luc. monete. Pena dupli et arg. libr. x. (Act.) in l. Lunata. S. m. iugalium et Sismundi patris Berte et Cecius propinquus ad illam interrogandam fuerunt. S. m. Guillielmi et Magi Teste gg. suprascripti Thabulini et Malberti f. Gerardi tt.; et insuper fuit venditio ad pe- nam consulum et treuguanorum Luc. Guinisius not. imp.

*Originale*: E. 137.

923.

*Lunata (Lucca), 10 Agosto 1138.*

A. MCXXXVIII, iv id. aug., ind. I. Ego Testa qd. Hogicionis per hanc cartulam vendo et trado tibi Tedaldo abati aecl. et mon. S. Petri de l. Putheoli unam petiam de terra mea, ortus, in l. et fin. Lunata, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra qd. Tadi, latus in terra Thabulini g. mei, sicut terminatum est, alterum in terra Villani qd. \* \*. Recepit pretium, sol. CCXLVI Luc. monete. Pena dupli et arg. libr. x. Act. loco Lunata. S. m. Teste. S. m. Thabulini g. Teste, Guillielmini qd. Arturii qd. Guidi, Caffari qd. Verardi (?), Bonelli qd. Iorgii tt. Guinisius not. imp.

*Originale*: E. 132.

924.

*28 Agosto 1138.*

\* Refutatio Berithi<sup>1</sup> Lupi<sup>2</sup> qd. Iohannis canonice nostre de una petia in Trentora;<sup>3</sup> de qua reddebat i (star.) grani et i

\* \* ;<sup>4</sup> que tenet: caput in semitula, alterum in terra filiorum<sup>5</sup> Mingarde, latus in terra S. Martini, alterum in terra filiorum Roffredi.<sup>6</sup> A. Domini MCXXXVIII ».

*Regestum A, c. 17 v; Regestum B, c. 16.*

<sup>1</sup> Il Reg. B ha: Berthius    <sup>2</sup> Lupi è nell'interlineo.    <sup>3</sup> Il Reg. B ha: Trentula    <sup>4</sup> Il passo de qua reddebat i (star.) grani et i • • è nell'interlineo; il Reg. B ha: quam per tenimentum tenebat idem Berthius    <sup>5</sup> Nel margine da mano coeva: unde Leonardus de Classo    <sup>6</sup> Il Reg. B aggiunge: Manu Ugonis not. m<sup>o</sup>c<sup>o</sup>XXXVIII, quinto kal. septembbris.

925.

*Laterano, 2 Dicembre (1138).*

Innocen(tius) (papa). Paganello de Poraria et A(gnesiae)<sup>1</sup> uxori eius. Deo gratias agimus, quoniam devotionem, quam animo geritis, operibus demonstratis, dum militibus Templi, qui, relictis omnibus, secuti sunt Cristum et assidue pro fratribus animas ponere sunt parati, possessionem quandam in l., q. Ruea dicitur, intuitu helemosine, concessistis, eosque fraterna caritate beneficiis temporalibus sustentatis. Eadem donationem vestram ratam habemus et ea quę abbatia de Puzolis in presentiarum legitime habet ex dono vestro, vel in posterum poterit adisci, nec non sepulturam vestram et familię vestrę eidem loco firmamus. Dat. Laterani, III non. dec.

*Originale: AA. 52. Sigillo di piombo. Bertini, Atti della R. Accad., II, 169 estr.; Bnt, Atti della R. Accad., X, 249; Pflugk-H., Acta II, 298, n. 336; Jaffé-L., n. 7916; Kehr, Italia Pontificia, III, 449, n. 1 e 462, n. 2.*

<sup>1</sup> Cf. i regesti nn. 907, 945, 946.

926.

*Fucecchio, 21 Febbraio 1139.*

Breve recordationis ad memoriam habendam, qualiter in l. et fin. Ficeclo, non lo(n)ge, in presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Bulgarinus qd. Singnorecti f. et uxor sua, nomine Beatrice, et qd. Albertini filia, anbo insimul de omnibus eorum bonis, que suprascripti Bulgarini erat tunc pertinens, et que a Beatrice erat pertinens ex parte iamdicti sui viri, fecerunt pactum et conventum cum Ubaldo qd. Ugonis f. et cum Armando f. suprascripti Ubaldi: si ille iugales Bulgarinus et Beatrice non habuissent filium in eorum successione et ille tres filie, que erant in tempore illo, vixissent, fuisset unam ex eis maritatum de comune casa Bulgarini de mobilibus rebus de ipsa casa et Guillia filia eorum cum Armando viro suprascripte Guillie habuissent medietatem de omnibus bonis, que supra leguntur, ex parte Bulgarini et de uxore sua de rebus mobilibus et immobilibus eorum. Presentia: Rolandi qd. Ugonis et Ildebrandini qd. Enriculi f. et Albrigoni qd. Albe(r)tini f. et Patrini f. qd. Singno-

relli et Guidonis qd. Tebaldini f. A. MCXXXIX, IX kal. mar., ind. II. Rolandus ibi fuit. Ildibrandus ibi fuit. Albrigone ibi fuit. Patrinus ibi fuit. Guido ibi fuit. Bernardus not. sacri pal.

*Originale: M. 86.*

927. *Monastero di S. Bartolomeo (Lucca), 9 Aprile 1139.*

A. MCXXXIX, V id. apr., ind. II. Ego Guido prior eccl. et mon. S. Bartholomei, quod est edificatum prope Moium, cum consilio et assensu meorum confratrum ibidem Deo servientium, ex parte mon., per hanc cartulam vendo et trado tibi Iordanus qd. Ceci portionem mon. de una petia de terra, q. est ortale cum cassina et rebus massariciis super se, in l. et fin. Verciano, prope eccl. S. Stephani, que regitur per Guilielmum massarium, et tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latere in terra Saracini qd. Ildebrandi, sicut termini positi sunt, alterum latus in terra suprascripti S. Stephani et aliquantulum in terra filiorum Uberti Matholini. Competit mon. medietas. Recepit pretium, sol. LXIII et medium Lucenses, quos dedi Rolanducio, prenominato Ceca, qd. Rolandi Bellini et Maghentie uxori eius de terra, q. est ortus, prope Moium, quam, ad partem mon., ab eis emi. Pena dupli et arg. libr. v. Act. in claustro suprascripti mon. Vuido prior ss. S. m. Ildebrandi, causarum consulis, qd. Villani, Gratiani qd. Ughicioni, Bianci qd. Bellomi et Martini qd. Boniti, Martini qd. Dominici tt. Ugo not. imp.

*Originale: O. 151.*

928.

*Lucca, 20 Maggio 1139.*

A. MCXXXIX, XIII kal. iun., ind. II. Ego Henricus qd. Iohannis, quia vos Petrus archipresb. atque Albericus presb. eccl. et canonice S. Martini, pro vobis et confratribus vestris, dedistis nobis meritum, unum paio de pelli de vulpe, per hanc paginan repromictu vobis, quod ego, donec vixero, omni anno in mense madii dabo vobis din. XII Luc. monete. Si hec omnia non observabo, spondeo componere vobis penam arg. libr. v. Act. Luce. S. m. Enrici. S. m. Brunecti qd. Guarneri et Malabranca qd. Gottefredi tt. S. m. Sabatini qd. Petri atque Bonsere filio Ciraldi tt. Ugo not. regis.

*Originale: C. 4. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano di Ugo stesso: Prefatus Henricus fecit refutationem per virgam, quam in sua detinebat manu, Petro archipresb. et Alberico presb., pro se et alis canonicis, de casa et re massaricia, quas ipse detinebat ab predicta eccl. et a canonicis, et de omnibus pertinentiis ad suprascriptas casas et res massaricias, que esse videtur in l. et fin. Montisciano. Pena: arg. libr. v. Presentia predictorum tt. Nel verso, da mano del sec. XII: De pensione XII den. ab Henrico de Montisciano, in madio, et de terris, quas refutavit canonice S. Martini.*

929. *Chiesa di S. Pietro Maggiore (Lucca), 22 Maggio 1139.*

A. MCXXXIX, xi kal. iun., ind. II. Ego Guido presb. et prior eccl. et mon. S. Bartholomei apostoli de l. u. d. ad Moium per hanc cartulam, ex parte eccl. et mon., libell. nom. ad censum perexolv., dare videor tibi Bacteferro qd. f. Boniti unam petiam de terra, q. est campus, in l. Fondore u. d. Gaudio<sup>1</sup> de Salognora; tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Albonecti Campanarii et in terra ospitalis S. Marie de Pontetecto, latus unum in terra suprascripti ospitalis, alterum in terra Brunecti qd. Guarneri et in terra suprascripti Albonecti et in terra Gualfreducci qd. Rolandi Ghiselli de Arco. Hanc petiam, q. est, cum iusta pert. mensurata, star. ix, vel si plus invenitur, tibi dare videor, ut a modo sit in potestate tua et de tuis heredibus ac proheredibus habendi atque fruendi; eo convento: si mihi vel meis successoribus aliquo tempore oportum fuerit vendere vel alienare suprascriptam terram, quod nos notificabimus tibi vel tuis heredibus aut proheredibus, et si vos infra dies xxx proximiores, postquam vobis notificaverimus, nobis dederitis, sine fraude, quantum ab aliis hominibus habere potuerimus, minus sol. v Luc. den. in venditione faciemus vobis exinde securitatem in laudatione vestri iudicis et not.; et si vos infra suprascriptum terminum tollere nolueritis, habeamus licentiam nos eam dare cuicunque voluerimus, salva vobis predicta libellaria; et eo pacto: si tibi vel tuis heredibus aut proheredibus aliquo tempore oportum fuerit vendere vel alienare suprascriptam libellariam, quod vos notificabitis mihi vel meis successoribus, et si nos infra xxx dies proximiores, postquam nobis notificaveritis, tantum pretium vobis de ea dederimus, sine fraude, quantum ab aliis hominibus habere potueritis minus sol. v Luc. den. in venditione vos facietis nobis de ea securitatem in laudatione nostri iudicis et not.; et si infra suprascriptum terminum tollere noluerimus, habeatis licentiam dandi cuicunque volueritis, salva nobis obedientia de suprascripta libellaria, inferius descripta. Michi meisque successoribus per singulos annos in mense a(u)g. reddere debatis, ad eccl. et mon., de grano bono siccо star. iv, cum iusto star. Luc. venditorio. Pena: arg. libr. III. Duo libelli. Aet. intus eccl. S. Petri, que d. Maioris.<sup>2</sup> S. m. Henrici qd. Brunecti, Buiti Ghiandori qd. Alberti, Guidi qd. Ceci, Bianchi qd. Bonacci et Martini qd. Boniti Lacerati tt. Guilielmus not. imp.

*Originale: E. 30. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Guilielmus: Hic libellus tali pacto est factus: si Bacteferrus sine legitimo filio vel filia mortuus fuerit, quod hic libellus sit inanis et vacuus, et in eccl. et mon. sine omni molestia revertatur. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> Così l'ortg. per Guado? <sup>2</sup> Sotto v' è uno spazio in bianco.

930. *Chiesa di S. Pietro Maggiore (Lucca), 22 Maggio 1139.*

A. MCXXXIX, XI kal. iun., ind. II. Manifestus sum ego Bacteferrus qd. Boniti, quia tu Guido presb. et prior eccl. et mon. S. Bartholomei apostoli de l. u. d. ad Mogium, ex parte eccl. et mon., per cartulam libell. nom. ad censum perexolv. dedisti mihi unam petiam de terra, q. est campus, in l. Fondore u. d. Guado de Salognora.<sup>1</sup> Dedisti, ut a modo sit in potestate mea et de meis heredibus ac proheredibus habendi atque fruendi; eo convento<sup>2</sup> etc. S. m. Bactferri.<sup>3</sup> Guilielmus not. imp.

*Originale:* E. 17. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Guilielmus:* Hic appalus tali pacto est factus: Si Bacteferrus sine legitimo filio vel filia mortuus fuerit, suprascripta libellaria a predicta eccl. et mon. sine omni molestia revertatur.

<sup>1</sup> Segue come nel reg. precedente. <sup>2</sup> Segue come nel reg. precedente; solo dove là è obedientia qui è pensione <sup>3</sup> Segue il resto dell'escatocollo come nel reg. precedente.

931. *Pozzeveri (Lucca), 1 Luglio 1139.*

A. MCXXXIX, ipsa die kal. iul., ind. II. Ego Cannella qd. Fridiani per hanc cartula pro anime mēc remedium offero tibi eccl. et mon. S. Petri de Putheuli meam portionem de duobus petiis de terris in l. et fin. Carraia, prope Plebe S. Pauli; que una tenet: capud et latum in terra S. Reparate de Luca, aliud capud in terra S. Michaelis a Fforo et prediecte S. Reparate, aliud latum in terra Teberti et de suis consortibus; secunda, ibi prope, tenet: unum capud in terra S. Reparate, aliud in terra de filiis qd. Singnorecti et de filiis qd. Rofredi et Alferi Poppi, latum unum in terra Teberti suprascripti, aliud in terra de Avocatis et de Alferi suprascripto et Armanni qd. \* \* et Petri Rofredi. Hanc meam portionem, q. est medietas de duobus petiis de terris, que sunt campora, tibi offerrere videor, ut da admodum in antea sit in iure et potestate de eccl. et mon. et in potestate domini tui Teudaldi abb. et de eius successoribus habendi et usufructuandi. Pena dupli. Act. in suprascripto l. Putheuli. S. m. Cannelli. S. m. Bruni qd. Singnorecti et Ugiccionis qd. Guttifredi, Sulimanni qd. Feralfieci, Cristofani qd. Morelli tt. Bernardus not. sagri pal.

*Originale:* H. 146.

## 932.

*Lucca, 7 Luglio 1139.*

A. MCXXXIX, non. iul., ind. II. Nos Henricus, q. Spiafame v., et Iulettina iugales et filia Salomonis, mihi Iulittine consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Fralmi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Padule et Henrico gg. ff. Guidi unam

petiam de terra, q. est ortus, in l. et fin. Pomaio u. d. Potho Vechio; qui tenet: unum caput in via publica, aliut in terram nostram, quam nobis reservamus, latus unum in terram vestram, aliut in terra nostra, quam nobis reservamus et in terra S. Bartholomei. Hanc petiam, q. (est) ad iusta pert. mensurata star. vi, et si plus inventa fuerit, vobis vendimus et tradimus. Recepimus pretium, sol. xl Lue. monete. Pena dupli et arg. libr. v. Act. Luca. S. m. iugalium, Henricus uxori sue consensit. Fralmus imp. iudex interfui et ss. S. m. Agioliati qd. Andree, Bosi qd. Sigefredi, Lanberti qd. Araldi not. tt. Henricus not. imp.

*Originale:* I. 165. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Henricus: Suprascripti iugales obligaverunt se, si ad suprascriptos gg. vel eorum heredes aliqua lite apparuerit de suprascripta terra, quod ipsi et eorum heredes disbrigabunt eam eis, sub pena consulum et treuguanorum, qui nunc sunt vel in antea erunt in civ. suprascripta.

933.

*Lucca, 5 Agosto 1139.*

A. MCXXXIX, non. aug., ind. II. Ego Martinus qd. f. Fuschi per hanc cartulam dono et trado tibi Tassingnano, qui Toscio prenominato, nepote meo et filio Albertini quartam portionem de una petia de terra, q. est campus cum arboribus, in l. et fin. Pomaio, et tenet: unum caput in terra Cighi Fera cum uno latere, aliud caput in terra filiarum qd. Guidi Aacthi, aliud latus in terra \* \*. De hanc petia, q. est cum iusta pert. mensuratas star. iv, vel si plus invenitur, quartam portionem tibi dono et trado, eo modo: si tu mortuus fuerit<sup>1</sup> sine filio vel filia de legitima uxore, ego volo et ordino pro anime mee remedio, ut habeat ospitale S. Martini prefatam portionem. A te recepi meritum, argentum. Pena dupli. Act. Luce. S. m. Martini. S. m. Rolandini qd. Io-hannis et Ugholini Asstanova qd. Guidi et Rolandini qd. Ughi qd. Guinithelli tt. Vuido not. imp.

*Originale:* N. 180.<sup>1</sup> Così l'orig. per fueris

934.

*Lunata (Lucca), 23 Ottobre 1139.*

A. MCXXXIX, x kal. nov., ind. III. Nos Ughizione qd. f. Lanberti et Ubertus f. eius, consentiente michi Uberto patre meo, per hanc cartulam donamus et tradimus tibi Lamandinę, qui Bonacolta prenominata, filię Gerardi unam petiam de terra nostra, q. est campus, quas detinet Singnorecto Coda, que videtur esse in l. Vallę; que: unum caput tenet in terra, quam detinet Baronciuchi qd. Alegreboni, aliud in terra, quam detinet suprascripto Baroneciucho cum suis consortibus, latus unum in via publica, aliud in terra Ildebrandi qd. Guilielmecti. Est cum iusta pert.

mensurata mod. II. Recepit meritum, anulum aureum. Pena dupli. Act. in l. et fin. Lunata. S. m. Ughicionis et Uberti, Ughicione filio suo consensit. S. m. Gerardini Mannaiola qd. item Gerardi et Guidi qd. Guidi et Luctieri qd. Guidolini tt. S. m. Gerardi qd. Paganucci et Albertini Testa qd. Ughicionis et Ranuccini qd. Guidi et Bernardi qd. Rustici Guastarapa tt. Vuido not. imp.

*Originale: S. 81. Nel verso, da mano del sec. XII: Cartule S. Petri qu[as?] tenet Rolan[dus?] [de?] Marlia.*

935.

*Lucca, 29 Ottobre 1139.*

Breve recordationis, qualiter infra Lue. civ., intus canonica S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius subter leguntur, Guntinus<sup>1</sup> et Preite gg. qd. Iohanni per fustum, quem in suis detinebant manibus, fecerunt finem et refutationem atque perdonationem in manu Alberichi presb., recipienti pro se et omnibus confratribus et canonicis suprascripti S. Martini, et in manu Ceci qd. Martini Boniti de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Parathana; que: capita anbo tenet cum uno lato in viis publicis, aliut latus in terra S. Iustine,<sup>2</sup> que est, iuxta pert. mensurata, mod. I. Pena: arg. libr. v, sub penan consulm et treg(u)anorum, q. in civ. Luca pre tempore fuerint. Unde Alberigo presb. et Cecio fecerunt meritum, librum unum pro finem et refutationem (confirmanda). Presentia: Fralmi iudicis et Martini varvasoro qd. Petri et Brunecti qd. Guarnieri et Ciavarlo qd. Uberti cl. et Iohannis qd. Rustichi et Bernardi qd. Petri et Baroncii qd. Bonii. A. M<sup>o</sup>XXXIX, IV kal. nov., ind. III. Ugo not. regis.

*Originale: D. 76; Regestum A, c. 25; Regestum B, c. 9 v. Dopo la sottoscrittione del not. segue di mano dello stesso Ugo: Prefatus Cecius iuravit super s. Dei evangelie, quod suprascripta terra in parte recepit da suprascripto genitore suprascriptorumdem gg., unde suprascripto Iohannes recepi in parte tres coltere et dimidi(a) de terra, quas detinebat a filii qd. Pandulfini monetarii.*

<sup>1</sup> Il Reg. B ha: Iuntinus    <sup>2</sup> Il Reg. A ha: (aliud) latus in terra Tedici de curte lldebrandi

936.

*Torchiari (Lucca), 14 Novembre 1139.*

A. M<sup>o</sup>XXXIX, XVIII kal. dec., ind. III. Nos Arrighettus cl. et f. qd. Rodolfi et Ghisla coniux eius et filia qd. Morecti, est lege Romana vivente, (mihi Ghislae) consentiente viro meo, per hanc cartulam pro anime nostre remedium offerrimus tibi eccl. et mon. S. Petri, qui d. Potheuli, una petia de terra nostra, q. est oliveto, quam habemus in fin. Moriano u. d. a Torchiari, et tenet: unum caput in via publica, ali(ud) in terra nostra, quam nobis reservamus, latus unum in terra Aldibrandi, q. prenomine

(d.) Mingnarre, et f. qd. Alberti, aliut in terra Calcangni g. meo. Offerre prevideor, ut ab odio in antea sit in potestate de presbiteris et cl., q. in eccl. et mon. pre tempore ordinati fuerint et ibi officium Dei fecerint, eam habendi et usumfructuandi. Ad illis presb. et cl., q. in eccl. et mon. ordinati fuerint et ibi officium Dei fecerint, debemus reddere omni anno in mense ian. una liberam de oleo de predicta petia de terra. Pena dupli. Act. Torchiani. S. m. iugales, Enrigus cl., q. prenomine (d.) Preitesocco, coniugi sue consensit. S. m. Atholini f. Manfredi et Ciculi qd. Beraldii et Memorie qd. Aldibrandi et Dominichi f. Carandi et Thucchi qd. Ceci et Bruni qd. Lieti tt. Rainerius not. imp.

*Originale: F. 122.*

937.

15 Dicembre 1139.

« Offersio Gualfredi qd. Salomonis canonice S. Martini de una petia terre<sup>1</sup> in Selce S. Petri Maioris, prope eccl. S. Stephani, que est ortus; de qua obtulit quattuor portiones; que tenet: caput in via publica, alterum caput cum uno lato in terra S. Reparate, alterum latus in terra, quam sibi reservavit; que est per mensuram scale xvi et quarta pars unius scale; quam obtulit tali pacto, ut canonica S. Reparate deberet inde reddere in perpetuum sol. IIII<sup>2</sup> canonice S. Martini. A. MCXXXnono ».

*Regestum A, c. 30 e c. 42 v.; Regestum B, c. 18.*

<sup>1</sup> Il Reg. B: (Terra), q. est ortus, prope eccl. S. Stephani in Silice; quam terram iudicavit Gualfredus qd. Salomonis. Manu Lamfranchi not. (A) M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>, XVII<sup>o</sup> kal. Ianuarii. <sup>2</sup> Il ms. a c. 42 v ho: De quo (orto) ecclesia S. Iohannis et S. Reparate reddit sol. IIII per tenimentum; *pot da mano coeva*: Pro quo postea filii Girattelli et Ugolinus Cocus; modo filii Roncionis et filii Ugolini Cocci.

938.

6 Gennaio 1140.

« Ugolinus, prenominatus Seranna, f. qd. Iochi reddere tenetur annuatim (Luc.) capitulo, donec solverit summam sol. XL, duos sol. Luc. monete; ut continetur manu Ughi not. (A.) M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XL, VIII<sup>o</sup> idus Ianuarii ».

*Regestum B, c. 15.*

939.

Castagnori (Lucca), 11 Febbraio 1140.

Breve ad futurorum temporum ostensionem, qualiter in l. et fin. Castagno(re), ante eccl. S. Thome, presentia bonorum virorum quorum nomina (inferius) leguntur, Lutterius diae. et camerarius aeccl. et canonice S. Martini, pro se et confratribus suis, convenit Camporo qd. Opithi, recipientem ipsam conventionem pro se et germanis suis atque consobrinis suis qd. Rodulfi, quod quan-

documque Camporo collocaverit ricoltum de pensione x sol. Lue. den. in plano de Luca predictis canonicis in tali l., quod placeat canonicis, quod canonici debent disbrigare illam pensionem, de qua Camporo investivit prefatum camerarium, que recolligitur a villanis de Lungitha, sicut legitur in brevi investitionis scripto manu Guinisii not. imp. Presentia: Iohannis presb. et plebani de plebe S. Stefani, Bellomi qd. Iohannis, Bonfilii f. Ugh(i), Gerardi de Lungitha, Signorecti qd. Morecti et aliorum multorum. A. MCXL, III id. febr., ind. III. Guinisius not. imp.

*Originale : F. 36. Nel verso, da mano del sec. XII-XIII: De Spicciano; e da altra mano pure del sec. XII-XIII: Renovata est carta manu Bartholomei not., et que est in libro cartarum.*

940.

*Castagnori (Lucca), 11 Febbraio 1140.*

Breve ad futuram ostensionem, qualiter in l. Castagnore u. d. Lungitha, ante aecl. S. Thome, Camporo<sup>1</sup> qd. f. Opithi, pro se et germano suo \* \* et consobrino suo qd. Rodulfi, per fustem, quem tenebat manu, investivit Lottarium can. atque camerarium S. Martini, recipientem pro se et omnibus suis confratribus, quatinus deinde in antea canonici recolligant x sol. ab illis villanis, q. super scripti sunt, de predicto l. Lungitha; quos x sol. Camporo<sup>2</sup> reddit de plurimis terris, quas ipse cum consortibus suis tenet ab ipsa aecl. et canonica; et sic debent recolligere usque dum predictus Campora<sup>3</sup> collocaverit illos ad canonicos in aliquo l. de plano Lue., ubi canonieis placeat; quos sol. reddit inter Guillium,<sup>4</sup> q. reddit XLV den., et Ranucium qd. Petri, q. reddit similiter XLV den., et Bellomum et Pandulfum gg., q. reddunt similiter XLV den.; tamen de istis XLV den., quos Bellomus cum g. suo reddit, non debent canonici recolligere nisi xxx den. Et promisit Campora<sup>5</sup> per se et suos consortes, quod non molestabunt nec contradicent recolligere suprascriptos sol. canonicis, usque dum collocatos illos habuerint in plano Lue. Pena: libr. v arg. et insuper quod debeant dare xc sol. canonicis Camporo<sup>6</sup> et consortes, quos canonici remiserunt eis de pensione, quam male reddiderant. Post hec, predicti villani, unusquisque per commandamentum et per parabolam predicti Camporeo, obligaverunt se, quod predictam pensionem omni anno reddent in mense ian. canonicis, sub pena consulum et treuguanorum Luc. et sub pena XL sol. et sub pena potestatis, que terram distinget de Castagnore. Campora<sup>7</sup> misit unum de villanis per investitionem in manu predicti Lutterii. Presentia: Iohannis presb. et plebani de plebe S. Stefani, Bellomi qd. Iohannis, Bonfilii f. Ugh(i), Gerardi de Lungitha, Signorecti qd. Morecti, Boni qd. Martignonis, Pagani qd. Adami, Guerri qd. Mar-

tini, Iordani qd. Menchi. A. MCXL, III id. febr., ind. III. Guinisius not. imp.

*Originale: F. 23; Regestum B, c. 75. Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII: De Spicciano; e da mano del sec. XIII: De Guillio Trullius, de Trullio est Villanus. De Ranuccio Baroncellus, de Baroncello Bonaccursus. De Bellomo Riccius, de Riccio Pisanus. De Pandulfo Rosinolus. Segue d'altra mano del sec. XIII: De Rosilio fuit quidam (?) nomine Socompagnus. Hec bona habent Giunta, Bonaccursus, Ventura et Bonconsilius infrascripti et Paganus • • qd. Pagani qd. Nuccii. Poi da mano pur del sec. XIII: De isto Cremonesi fuerunt duo filii, quorum unus est tabernarius, nomine Bonannus, et moratur in maiori taberna; alius vocatur Rubertus, et moratur in S. Martino in Fredana. Quindi da mano del sec. XII: Breve recordationis de x sol., quos recipimus in Plebe S. Stefani pro Camporo qd. Opithi et pro filio qd. Rodulfi de Cellabarotti.*

<sup>1</sup> Corretto da Campora <sup>2</sup> Come alla nota 1. <sup>3</sup> Così l'originale. <sup>4</sup> Il Reg. B ha: Guillelmo <sup>5</sup> Corretto da Camporo. <sup>6</sup> Come alla nota 1. <sup>7</sup> Così l'originale.

941.

Lucca, 15 Febbraio 1140.

A. MCXL, xv kal. mar., ind. III. Nos Gotifredus qd. Singnorecti et Iuletina iugalis et filia Singnorecti, mihi Iuletine consentiente marito meo, ubi interfuit notitia patris mei et Rubertini qd. Gogi, propinquioris mei, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam, loco pingnoris, damus et tradimus atque obligamus tibi Lantierio qd. Alberti nostram portionem, q. est tertiam portionem, de una petia de terra cum cassinis super se, que esse videtur prope eccl. et plebe S. Pauli; que tenet: unum caput in via publica, aliut in media fossa suprascripte plebis, latus unum in terra et media fossa Ermanni qd. Uberti et filiorum qd. Roffredi, aliut in media fossa suprascripte plebis et in terra de ospitale S. Martini, sieut termina posita sunt. Recepimus sol. XL Luc. monete. Pena dupli et arg. libr. v. Act. Luca. S. m. iugalium, vir eius ei consensit. S. m. Singnorecti patris Iulectine et Rubertini propinquioris eius, q. interfuerunt. S. m. Tadolini qd. Gerardi et Preite qd. Bonoti, Bonifatii qd. Rustici tt. Henricus not. imp.

*Originale: D. 36. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Henricus: Hec cartula tali pacto facta est: quacumque die deince usque ad tres annos proximiores expletos, si nos iugales vel nostri heredes redderimus tibi Lantieri vel tuis heredibus sol. XL Luc. monete et prode omni mense den. vi, hec cartula sit inanis et vacua; et si ita non persolverimus, deinde in antea [de] suprascripta nostra portione de terra cum cassinis faciatis quicquid vobis placuerit, absque omni calumnia. Suprascripti tt. et ind.*

942.

Pozzeveri (Lucca), 10 Marzo 1140.

A. MCXL, vi id. mar., ind. III. Nos Gerardus qd. Villani et Quartigiolus qd. Lanbertuci et Mardorella mater eius et

relicta suprascripti Lanbertuci et filia qd. Rustichelli et Gasdiola uxor suprascripti Quartigioli et filia Carboni, ego Mardorella consentiente michi Quartigiole f. et mundualdo meo, in cuius mundio esse visa sum, et ego Gasdiola consentiente michi viro meo, ubi interfuit no(ti)tia Carboni patris mei et Bonaldori qd. Martini propinquioris parentum meorum, a quibus interrogata sum sequenter edicti paginam, per hanc cartulam in permutationem dare et tradere videmur tibi Tedaldo abb. eccl. et mon., cuius vocabulum est S. Petri de l. Ponzelli, unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus, in locis et fin. Capannore, u. d. a Casa Baronci, et tenet: unum capud in via publica, aliud in terra Paganelli qd. Rolandi et filiorum Benenati de l. Brancalo, latus unum in terra filiorum Lei, aliud in terra suprascripti Gerardi. Hanc petiam, ad proprietatem mon., dare et tradere videmur. Recepimus a te in permutationem, ad proprietatem nostram, unam petiam de terra, q. est cum habititiis, que esse videtur in predictis locis Capannore u. d. a Quarto,<sup>1</sup> et tenet: unum capud in via plubica, aliud in terra et dimidia fossa predicti mon., latus unum in terra filiorum Arimundi, aliud in terra nostra Gerardi et Quartigioli. Pena dupli. Act. Ponzelli, intus canonicam predicti mon. S. m. Gerardi et iugalium et Mardorelle, Quartigiolus matri et coniugie sue consensit. S. m. suprascriptorum Carboni et Bonaldori, q. ad interrogandum Gasdiolam fuerunt. S. m. Ildibrandini, q. Confrade dicitur, et qd. Guidi et Landi f. Boni et Albertini qd. Martini et Sincilmini qd. Martini et Ramundini qd. Paganelli tt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale: Q. 146. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Aldibrandus: Tedaldus abbas, pro se et suis successoribus, convenivit Gerardo et Quartigiole, quod iamdicta petia de terra non debeat obligare neque dare alicui, nisi eis et eorum heredibus. Nei verso, da mano del sec. XII: Cartula de Capannule.*

<sup>1</sup> Le parole u. d. a Quarto sono nell' interlineo.

943.

*Lucca, 12 Marzo 1140.*

A. MCXL, iv id. mar., ind. III. Nos Malagallia qd. Gotfredi et Imilda iugales qd. \* \*, consentiente mihi Imilde marito meo, ubi interesse videtur notitia Fralmi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartula in permutatione damus et tradimus vobis Alberto archid., Alberigo et Lutierio et Caro presbiteris et Gerardo et Lutierio camarario et Lamberto diaconis et Lanberto subdiaconis, confratribus et canonici eccl. episcopatus S. Martini, ad partem suprascripte eccl., unam petia de terra cum cassina et curte et orto cum arboribus insimul, que esse videtur prope eccl. S. Co-

lumbani; que: unum caput tenet in via publica, aliut in terra et dimidia fossa Uberti Guadardi, latera anbo in terra et orto filiorum qd. Maconieri. Hanc petia, q. est cum iusta pert. mensuratam sist. vii, vel si plus inventa fuerit, vobis damus et tradimus. Unde recepi ego Malagallia a vobis medietatem de una petia de terra, q. est campus cum arboribus, in l. u. d. Cafaio, prope Sorbano Episcopi. Pena dupli. Act. Luce. S. m. iugulum, Malagallia coniugi sue consensit. Fralmus imp. iudex interfui et ss. S. m. Normanni qd. Rolandi et Rolanduci Penducori qd. Federighi et Sigefredi qd. Savori et Sonni qd. Federighi et Pelegrini qd. Arditit. Ugo not regis.

*Originale: P. 132.*

944.

*Lucca, 15 Giugno 1140.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., prope pontem de Foro, in conspectu bonorum virorum nomina quorum inferius continentur, Rolandus causidicus qd. f. Angeli, arbiter aelectus de lite et discordia, q. fuerat inter Stephanum presb. et rectorem hospitalis et pontis S. Petri ab una parte et Gerardum qd. Teprandi, Bernardinum et Guilielminum gg. ff. eius, ab altera parte, de una petia de terra, q. est campus cum arboribus super se, prope suprascriptam aeccl. S. Petri, sicut continetur in cartula Darii not. imp. per capita et latera, quam Stephanus dicebat esse tenimentum hospitalis et pontis, auditis et cognitis rationibus utriusque partis, talem sententiam protulit: ut predicta terra pertineat per tenimentum ad hospitale et pontem, reddendo de ea omni anno vi star. de grano, ut antiquitus erat solitum. Gerardus et gg. ff. eius, patris sui consensu, investierunt per fustem Stephanum se suosque heredes observatueros, sine molestia, sub pena x libr. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel pro tempore fuerint, sicut Rolandus iudicavit. Unde Stephanus dedit eis meritum, anulum aureum ad confirmando omnia suprascripta. Hec acta sunt coram Opitho plebano S. Macarii et Uberto plebano de Arliano et Ildebrando presb. de S. Petro de Curte, Bernardo patrono hospitalis et pontis et qd. Bolgarini, Uberto qd. Rustici, Gottifredo qd. Pagani, Henrico Pontho, Signorecto qd. Baldonis, Sighirolo qd. Ildebrandi, Gregorio qd. Ursici, Testa qd. Gerardi. A. MCXL, xvii kal. iul., ind. iii.<sup>1</sup> Ugo not. imp.

*Originale: B. 46.*

<sup>1</sup> Sotto v' è un largo spazio in bianco.

945.

*Pozzeveri (Lucca), 30 Giugno 1140.*

A. MCXL, prid. kal. iul., ind. iii. Nos Paganellus qd. Rolandi f. et Agnes iugalis suprascripti Paganelli et qd. Ar-

duini filia, ego Agnes consentiente michi vir meus, ubi interesse videtur notitia Ugonis et Armanni gg. ff. mei, a quibus secundum legem interrogata sum, per hanc cartula venumdamus et tradimus tibi Tedaldo abb. monasterio nostro de Puzeuli duas petias de terris nostris in l. et fin. Vico Solarius; una dicitur a Stalmarliatico, et tenet: capud unum in via publica, aliud in terra de filiis Tegrimi, latus unum in terra suprascripti Paganelli, aliud in terra S. Fridiani; secunda, u. d. in Cafaio, prope eccl. S. Cassiani, que tenet: unum capud in via publica, aliud cum ambobus lateribus in terra predicti Paganelli. Recepimus a te meritum, sol. cd den. Luc. Pena dupli. Act. Puzeuli. S. m. iugalium, consentientes Paganellus con(i)gi sue. S. m. Ugonis et Armanni, q. interrogaverunt eorum matrem. S. m. Armanni f. Gibellini et Rugeri qd. Pelegrini f. et Roselmi f. Matiolini tt. S. m. Enrichecti qd. Arnolfi f. t. Bernardus not. sacri pal.

*Originale: X. 102. Nel verso, da mano del sec. XV: De S. Cassiano a Vicum.*

946.

*Pozzeveri (Lucca), 30 Giugno 1140.*

A. MCXL, prid. kal. iul., ind. III. Ego Enrichectus qd. Arnolfi per hanc cartula, pro anime domine Agnes iugalis domini Paganelli et qd. Arduini filia, offero tibi eccl. et mon. S. Petri de l. Puzeuli unum casalimum, in qua fuit casa et res massaricia, in l. et fin. Tofulo u. d. a Morelli, prope eccl. S. Marie, que recta et laborata fuit per qd. Becto massarium a manus sua. Casalimum cum omni pertinentia de ipso casalino et de casa et res massaricia et sua pertinentia de ipsa massaricia, q. fuit mascium unus, omnia, mobile vel inmobile, cultum vel incultum, quem emit a Doscio qd. Ildibrandi de Luca, tibi eccl. et mon. offerrere prevideor, ut da modum in antea sit pro anime eius in iure et dominium et potestate eccl. et mon. ad abendum et fructuare. Repromitto ego una cum meis eredibus tibi eccl. et mon. et tibi Tedaldo abb. tuisque successoribus, ut si nos vobis eam intentionaverimus, spondeo componere offensionem (in duplum). Nos vobis nec auctor nec defensor esse non debeamus, set cum cartula ista et cum illa, quam michi Doscius fecit de casalino et mascio per venditionem sol. cc, vobis defendere debeatis. Act. in l. Puzeuli. S. m. Enrichecti. S. m. Ugonis et Armanni gg. ff. suprascripti Paganelli et Rugeri qd. Pelecrini et Armanni f. Gibellini et Rossi \* \* f. Matiolini tt. Bernardus not. sacri pal.

*Originale: I. 140. Nel verso, da mano del sec. XIII: In Tofori.*

947.

*Lucca, 21 Luglio 1140.*

Breve memorię, qualiter infra Luc. civ., subto porticho de casa filiorum qd. Ildebrandi, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius apparebunt, Riccius qd. f. Cantarelli investivit per tenimentum Stefano qd. f. Bernardi et Henricho et Petro gg. ff. Barochi; medietatem debet habere Stefano, aliam medietatem suprascripti gg., (de) duobus petiis de terris, que sunt in l. et fin. Toringana; prima, q. est prato, que: unum caput tenet in terra de ospitale S. Marie Forisporta, aliud in terra Ranuccini et de suis consortibus, latus unum in terra filiorum qd. Ildebrandi, aliud in terra Ildebrandi et Romangnoli gg. et de eorum consortibus; secunda, q. est prato et palliareto insimul, que: unum caput tenet in terra Ranuccini et de nepotibus suis et in terra Malestaffe filii Raineri, aliud in fundo de padule, latus unum in terra filiorum qd.<sup>1</sup> Noviloni, aliud in terra Rolandi qd. Carboni. Investivit similiter per tenimentum medietatem de una petia de terra, q. est palliareto, in suprascripto l. Toringana, que: unum caput tenet: in terra Iordani qd. Ceci et Ceciorini, aliud cum uno latere in terra et<sup>2</sup> mon. S. Cerboni, aliud in terra Rustici \* \*; quatenus ipsis Stefano et Henrico et Petro vel eorum heredes ac proheredes haberent et detinerent suprascriptis petiis, ad reddendo de eis pensionem Riccio vel suis heredibus ac proheredibus per singulum annum in mese iul. uno carro de fieno bono siccho, del miliore fieno, quod habent in suprascriptis petiis, in Luca, ad casam habitationis sue, vel in burgo, et per singulos annos in mese aug. din. xviii Luc. din. Pena: arg. libr. v et sub penam consulum et treguanorum, quales in civ. Luca pre tempore fuerint. Stefanus et Henricus et Petrus promiserunt se et heredes ac proheredes dare predictam pensionem sub penam libr. v et sub penam consulum<sup>3</sup> etc. Riccius promisit pro se et heredibus ac proheredibus dare manducare duos pane et bibere vinus illis hominibus, quod fenum aduxerint. In presentia: Rolandi qd. Carboni et Rolandini qd. Iohannis et Ranuccini qd. Ararducci, Tao qd. Ildebrandi, Rolandini f. Raineri. A. MCXL, XII kal. aug., ind. III. Suprascriptis homines ibi fuerunt. Vuido not. imp.

*Copia di Vuido stesso, che dice: Qui supra Vuido not. imp. autenticum, a me ipso scripto, exemplavit: 0.50.*

<sup>1</sup> filiorum qd. è nell' interlineo. <sup>2</sup> Così la carta. <sup>3</sup> Segue come sopra.

948.

*[Tassignano] (Lucca), 31 Agosto 1140.*

A. MCXL, prid. kal. sept.,<sup>1</sup> ind. tertia.<sup>2</sup> Nos Guido qd. Petri, Pa[dule et] Enricus gg. ff. eiusdem Guidi et Mattelda uxor suprascripti Paduli et filia [...]andi, quia tu Cigo presb. qd.

Boniti dedisti nobis meritum, arg., [pro]pterea, consentiente nobis Padule et Enrichi patre nostro, et michi Mattelda marito meo, ubi interesse videtur no[ti]tia Fralmi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginan, per hanc [pagi]nan repromictimus tibi, quod nec [nos neque nost]ri eredes deinceps in antea non agemus vel molestiam faciemus contra te neque contra tuos heredes de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Tassignano u. d. Trebio, prope Trentula; que: unum capud tenet in terra Malfacti, aliut in terra filiorum qd. Boni Fera, latus unum in terra S. Salvatoris de Sexto, aliut in terra Buthiga; que est cum iuxta pert. mensura(ta) sist. x, vel si plus inventa fuerit. Pena: arg. libr. [...]. Act. [Tassignano],<sup>3</sup> prope eccl. S. Margarite. [S. m.] Guidi et Padule et Enrichi et Mattelde, [Guido ...] filii sui consensit, et Padule coniugii sue consensit. S. m. Mencorelli qd. Martini et Bianchi qd. Pandulfini et Butrichi qd. \* \* tt. Ugo not. regis.

*Originale: H. 60. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> Le parole prid. kal. sept. furono scritte dopo nello spazio lasciato in bianco. <sup>2</sup> terza come alla nota 1. <sup>3</sup> Cf. il reg. n. 950.

949.

31 Agosto 1140.

« Cigo presb. f. qd. Bonviti et Guido Petri et Padule et Arrigus gg. vendiderunt Luc. capitulo duas petias terrarum positas in l. dicto Trentola. Manu Ughi not. (A.) m°o°XL°, ii kal. septembris ».

*Regestum B, c. 16 v. Cf. il reg. precedente.*

950.

Tassignano (Lucca), 25 Settembre 1140.

A. MCXL, VII kal. oct., ind. IV. Ego Cigus presb. qd. Bonitii per hanc cartula pro anime mee eremedio et omnium parentum meorum<sup>1</sup> offero tibi eccl. S. Margarite, q. est dificata in l. et fin. Tassignano, unam petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Tassignano u. d. Trebio, prope Trentula.<sup>2</sup> Hanc petiam, q. est cum iuxta pert. mensurata sist. x, vel si plus inventa fuerit, [tibi] eccl. et in illis presbiteris et clericis, q. ibidem pre tempore [officium Dei fecerint], sint potestatem suprascripta petia habendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. in l. et fin. Tassignano, prope eccl. S. Margarite. Ci[go presb.] ss.<sup>3</sup> [S. m. ...] qd. Bonaldi et Signorecti qd. Berithecti tt. [S. m. ...]nati qd. Iohannis et Enrichi f. Ianni tt. [S. m. Paduli?] et Enrichi gg. ff. Guidi tt. [Ugo not.]<sup>4</sup> regis.

*Originale: H. 54. Cf. il reg. n. 956.*

<sup>1</sup> Il passo et omnium parentum meorum è nell'interlineo. <sup>2</sup> Seguono i confini come nel reg. n. 948; qui si ha: terra Buthinga <sup>3</sup> Le parole Ci[go presb.]

*ss. sembrano scritte da Ugo not.   <sup>4</sup> Il nome del not. si legge per intero nella corroboratio.*

951.

1140.

« Venditio predicti Ugolini<sup>1</sup> canonice S. Martini de suo melioramento de predictis quattuor petiis.   A. Domini MCXL ».

*Regestum A, c. 34.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 912, cui si riferisce.

952.

1140.

« Refutatio de parte predicte terre<sup>1</sup> a Guido qd. Gerardi. (A.) MCXL ».

*Regestum A, c. 10.*

<sup>1</sup> Cf. i regesti nn. 192, 278, 279, ai quali si riferisce.

953.

1140.

« Deganium de predicta medietate, quam obtulit Scottus predictus,<sup>1</sup> quam detinebat a nobis predictus Gottifredus<sup>2</sup> et reddebat nobis den. xxx; quam terram eidem Gottifredo dedimus in commutationem pro quodam orto de S. Columbano.   A. Domini MCXL ».<sup>3</sup>

*Regestum A, c. 28 v.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 673, cui si riferisce.   <sup>2</sup> Cf. il reg. n. 673, cui si riferisce.

<sup>3</sup> Il ms. aggiunge: De predicto Gottifredo fuit Malagallia, de quo Aldibrandinus.

954.

2 Aprile 1141.

« Instrumentum publicum, scriptum manu Ughi not., eius anni Incarnationis Domini sunt MCXLI, quarto nonus aprelis, indictione quarta; quod incipit: In Cristi nomine. Breve recordationis et cetera. In quo cavetur et tractatur, qualiter dictum monasterium S. Quirici in Monticello Luc. diocesis per episcopum et canonicos Lucanos fuit exentum et liberatum ab omni laicali potestate ».

*Cod. del sec. XIII nell' arch. Capit.: LL. 41, c. 210.   Cf. il reg. n. 626.*

955.

Lucca, 3 Aprile 1141.

Ego Guido sacre Sedis apostolice titulo S. Grisogoni presb. et card. et nunc legatus de lite et discordia, q. inter Constantiam abbatissam S. Marie de Pontetecto et filios qd. Ramundi, de xenodochio S. Marie iuxta Pontemtectum dudum agitata est, ad causam ipsam, ex precepto Innocentii summi pontificis, audiendam et terminandam destinatus, in meo arbitrio ex voluntate utriusque

partis posita, pro commodo et utilitate eiusdem hospitalis, ex consilio Octonis Luc. ep. et Gregorii eiusdem eccl. canonici et card. diae., Alberti archid. aliorumque canonicorum, nec non et priorum S. Fridiani et S. Angeli in Foro et domini Damiani de S. Alessandro Maiori, itemque prioris S. Donati iuxta Florentiam et aliorum multorum proborum virorum, sic laudo: Si in predicto hospitali aliquo tempore rectorem seu gubernatorem ponere oportunum fuerit, abbatissa S. Marie, q. pro tempore ipsi mon. prefuerit, in presentia et consilio predictorum filiorum qd. Raimundi vel eorum heredum, si plures fuerint, saltim trium, nisi studiose se subtraxerint, personam, quam gubernationi hospitalis utilem ipsa providerit, ponat et investiat; quod si persona ibi ponenda iamdictis ff. Raimundi qd. Ramundi vel eorum heredibus minus idonea visa fuerit, ad iudicium Luc. ep., vel ad iudicium archid. aut archipresb. S. Martini, si ep. defuerit, utraque pars recurrat et quod exinde iudicaverit, pars utraque observet. Laudo etiam, ut presb. prefate eccl. S. Marie in hospitali non habitet, set ad victum eius rector hospitalis XII sext. fabarum et XII sext. frumenti in mense aug., de musto vero sext. XXIV in mense sept. vel oct. omni anno tribuat. Precipio, ut abbatissa mon. vel filii qd. Raimundi aut eorum heredes in rebus hospitalis studiosam offensionem facere non presumant. Quod si fecerint, ad iudicium Luc. ep., q. tunc fuerit, recurrant vel ad iudicium Luc. archid. vel archipresb. S. Martini, si ep. defuerit. Quecumque pars omnia predicta rata et firma non observaverit, arg. libr. XX componat Octoni Luc. ep., vel eius successori, q. tunc fuerit. Hec acta sunt omnia in civ. Luca, in palatio episcopatus S. Martini, coram: Uberto qd. Ubaldi causidici, Uberto qd. Deotisalvi, Manfredo qd. \* \* causidicis, Truffa qd. Gerardi, Rodolosso qd. Lanberti cl., Sornaco qd. Alluccii, Trasmundino qd. \* \*, Zabulino qd. Ruberti, Petro qd. Roffredi, Rolando qd. Sapieboni, Ildebrando qd. Villani, Gerardo Scannello<sup>1</sup> qd. \* \*, Morectino qd. Ughi, Guasco qd. Rolandi, Cecchio qd. Cecionis, Inglemanno qd. Angeli, Strambo et Pascio gg. qd. Guidi, Bernardo qd. Bulgarini, Villano qd. Tadicionis, Corso qd. Micialli et aliis pluribus. A. MCXLI, III non. apr., ind. IV. Guido sacre Sedis apost. tit. S. Grisogoni presb. et card. et legatus omnia predicta laudo et confirmo. Otto Luc. Eccl. humilis ep. hec firmans ss. Ugo not. imp., ex mandato Guidonis card., hec descripsi. Ego q. supra Ugo not. imp. autenticum illud, a me ipso scriptum, exemplavi.

*Inserto nella carta 1208, aprile 15, che è copia del sec. XIII, di Martinus imperialis aule iudex et not.: S. 53. Kehr, Italia Pontificia, III, 456, n. 3.*

<sup>1</sup> Ovvero Sanctanello?

956.

20 Aprile 1141.

Guido<sup>1</sup> qd. Petri et Padule et Enricus gg. ff. eiusdem Guidi fecerunt refutationem de suprascripta petia de terra, sub penam libr. x; in presentia: Mencorelli qd. Martini et Sinibardi f. eius et [Ci?]ghi et Ughicionis gg. qd. Boni Fera et Signorecti qd. Beriti et Lamberti qd. Bonoti. A. MCXLI, XII kal. madii, ind. IV.

*Originale: H. 54.*

<sup>1</sup> Così prosegue il reg. n. 950, dopo la sottoscrizione del not. Ugo, il quale scrisse tutta la carta in un sol tempo.

957.

Lucca, 25 Luglio 1141.

A. MCXLI, VIII kal. aug., ind. IV. Nos Iordanus qd. f. Ceci et Drusiana iugalis qd. filia Anselmi, michi Drusiane consentiente viro meo, ubi interesse videtur notitia Fralmi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam<sup>1</sup> pro remedio animarum nostrarum et filiorum atque filiarum nostrarum et qd. patrum et matruum nostrarum et qd. Rustici g. mei Iordanus offerimus eccl. atque canonice S. Martini, caput Luc. episcopatus, omnes cassinas et terras nostras cultas vel incultas, pratas, pascuas, palliaretas seu paludes atque piscarias et res mobiles vel immobiles, quas habemus et possidemus et nobis pertinent in l. Verciano et in l. Docia et in l. Toringana et in l. Parathana et in eorum fin. Exceptamus terras, quas detinemus ab aliis ecclesiis in suprascripto l. Verciano, et terram quam ad communem habemus cum S. Vincentio eiusdem loci Verciani, et terram quam comparavimus sol. VI Luc. den. a presbitero eiusdem S. Vincentii; omnes alias cassinas etc. offerre previdemur, tali ordine, retento nobis usufru(c)tu, donec vixerimus, et nullo tempore aliquo casu liceat nobis hanc oblationem revocare, set ab odio in antea sint in potestate canonicorum, q. modo in eadem canonica ordinati sunt vel in antea fuerint, eas habendi et usufructuamdi. Pena dupli. Act. Luce. S. m. iugulum, Iordanus uxori sue consensit. Fralus imp. iudex interfuit<sup>2</sup> et ss. S. m. Uberti qd. Bernardi, Siemonis qd. Ildebramdi, Bellomi qd. Stefani et Gerardi f. Uberti tt. Lanfrancus not. regis.

*Originale: O. 169. Nel verso, di mano dello stesso Lanfrancus: Offersio de terris de Verciano et de Docaria et Toringana atque Parathana a Iordano qd. Ceci de vicinia S. Benedicti de porta S. Gerva[sii].*

<sup>1</sup> per hanc cartulam è nell'interlineo. <sup>2</sup> Così l'orig. per interfui

958.

1141.

« Refutatio de parte prediche terre<sup>1</sup> a Bernardouccio qd. Gerardi. (A.) MCXLI<sup>2</sup> ».

*Regestum A, c. 10.*

<sup>1</sup> Cf. 4 regesti nn. 192, 279, 952, 966, ai quali si riferisce.

959.

Lucca, 21 Marzo 1142.

Breve recordationis, qualiter in civ. Luca, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Rolanduccius<sup>1</sup> et Iacop et Iosep gg. qd. Rolandi et Ganbatorta et Bernardino et Inghifredi gg. qd. Inghifredi per fustem, quem in suis detineba(n)t manibus, investierunt et concesserunt et tradiderunt Lotterium qd. Falconi et Truffam qd. Gerardi et Rainero eius f. et Guasco et Strambum gg. qd. Arcurii<sup>2</sup> et Corbum qd. Surdi in parte et sorte seu divisionem stantem de quinque casis et rebus massariciis,<sup>3</sup> q. sunt in l. et fin. Massa Macinaria; prima regitur per Albertinum da Vingna Foschi<sup>4</sup> et per Bolgiatto<sup>5</sup> qd. Iohannichi;<sup>6</sup> secunda<sup>7</sup> per Dominicum<sup>8</sup> qd. Ingiori et per Beffignano<sup>9</sup> qd. Iohannis; tertia<sup>10</sup> per Martinellum qd. Martinelli Massi et per Dominicello qd. Petrucci<sup>11</sup> et per Cico<sup>12</sup> et germanis suis qd. Bennettii; quarta per Bianco<sup>13</sup> et per Macacello<sup>14</sup> et per Balordo<sup>15</sup> gg. qd. Gerardini; quinta per Iohannes qd. Vernacei; cum omnibus terris et rebus cultis et incultis pertinentibus ad suprascriptas casas et res massaricias et a predictis massariis laborantur seu habentur et tenentur. Exceptaverunt totum oleum, quod ipsi massarii redundunt, et exceptaverunt prato de l. Costogiore,<sup>16</sup> et terram, q. erat in lite cum hominibus de Cumputo, et omnes terras, q. non sunt de ipsis mascis affittatis, et eorum parte de feudo de Castaldi. Pena: arg. libr. l. Unde Lotterio et Truffa et Rainero et Guasco et Strambo et Corbo fecerunt eis meritum, arg. pro omnia suprascripta confirmando. Presentia: Pisanelli qd. Iohannis, Henrici, q. f. Pancie dicitur, Ughiccionis qd. Ugolini. A. MCXLII, XII kal. apr., ind. v. Suprascripti homines ibi fuerunt. Henricus not. imp.

*Copia del sec. XII, di Guido iudex et not. Frederici imp.: O. 122; Regestum A, c. 49. Dopo la sottoscrizione del not. rog. segue: Affictum de suprascriptis mascis est omni anno inter totum xvi carra de vino et medio de predicto oleo, quod suprascripti homines massarii reddunt. Talem conventum fuit, quod Lotterio et Truffa et Rainero et Guasco et Strambo et Corbo debent comparare eum omni duo libre Luc. sol. xx Luc. den., vel ad istam rationem dabunt terram, vel facient pignus de suprascripta terra de ipsis mascis, unde predicti ff. Rolandi et filii Inghifredi et eorum heredes bene sint securi de predicto oleo. Et suprascripti ff. qd. Rolandi et ff. qd. Inghifredi convenerunt et obligaverunt se et suos heredes ad Lotterio et Rainero et Truffa et Guasco et Strambo et Corbo et eorum heredibus omni anno reddere pensionem sol. vi et medio ad S. Martino, sub penam libr. x arg. et sub pena consulum et tre-guanorum Luc., q. per tempora erunt. Nel verso della carta, da mano del sec. XII: Ista cartula continet pensionem vi sol. et medium, quam reddunt filii Inghifredi et filii Orlanducci; e da mano del sec. XIII-XIII: De Massa Macinaria, sol. vi et den. vi, e da mano del sec. XIII: Iste Truffa videtur fuisse de Primiceriis; item Lotterius Falconi videtur fuisse proavus Bartholomei not. (?) Perfecti Schiacte; item Guascus et Strambus ff. qd. Arcurii videntur fuisse de contrada S. Iusti civitatis (?). Habet Rustichellus qd. [...] eiusdem con-trade curie Rossillionis.*

<sup>1</sup> *Il Reg. A*: Carta partitionis et assignationis Rolandicci qd. Sassi et ab illis de domo sua data Lutterio etc. <sup>2</sup> *Il Reg. A*: Arturii <sup>3</sup> *Il Reg. A*: de quinque masiis <sup>4</sup> *Il Reg. A*: Fusci <sup>5</sup> *Il Reg. A*: aggiunge: de quo Uguiccio, de Uguccione Piero <sup>6</sup> *Il Reg. A*: Iohannici <sup>7</sup> *Il Reg. A*: secunda e nell'interlineo: in Colle <sup>8</sup> *Il Reg. A* nel margine aggiunge: modo per Amatum et Perfectum de Colle <sup>9</sup> *Il Reg. A*: aggiunge: de quo Amatus <sup>10</sup> *Il Reg. A*: aggiunge: Hoc masium fuit datum per libellum Geppe, pro tertia parte <sup>11</sup> *Il Reg. A*: Dominicellum qd. Petrucci <sup>12</sup> *Il Reg. A*: Cigum <sup>13</sup> *Il Reg. A* nell'interlineo aggiunge: de quo Topertus <sup>14</sup> *Il Reg. A* nell'interlineo riservabile, come pare, a Macacellum, aggiunge: de quo Bonus <sup>15</sup> *Il Reg. A* nell'interlineo riservabile, pare, a Balurdum, aggiunge: de quo fuit Gerardus, q. reliquit ipsum masium. <sup>16</sup> *Il passo* et exceptaverunt prato de l. Costogiore è nell'interlineo.

960.

22 Marzo 1142.

« Refutatio a Guittone et Preite gg. qd. Martini Saltelli de una petia, quam detinebant a canonicis S. Martini, de qua reddebant x star. grani, scilicet Cecius f. eiusdem Martini; q. terra est in Cilliano u. d. Campolungo; que: unum caput cum ambobus lateribus tenet in terra eiusdem eccl., alterum caput in terra filiorum<sup>1</sup> Ferolfi. A. Domini MCXLII, undecimo kal. aprelis ».

*Regestum A, c. 18 v.*<sup>1</sup> filiorum è nell'interlineo.

961.

Lucca, 15 Aprile 1142.

A. MCXLII, XVII kal. madii, ind. v. Ego Iordanus qd. Ceci per hanc cartulam pro animę meę meorumque parentum remedio offero tibi glorios[us] S. Martini ecclesię b. Martini confessoris Luc. episcopatus omnes casas et cassinas et casalinos atque terras cultas, incultas, donicas et massaricias, quas habeo infra plebem de Turre; nominative: in l. u. d. Sorbolo et in l. Cassalvi<sup>1</sup> et in l. Serra, aut in poio, qui d. Montecatini, una cum toto illo, quod mihi pertinet de poio atque castello eodem, quod d. Montecatini, et in monte et poio atque Castello Novo et in l. Villora, quod mihi ibi pertinet ex parte qd. Rubertini. Omnes casas etc., una cum personis massariorum predictas casas regentium, offero; exceptis terris, que iudicavi quibusdam pro anima mea infra confines suprascripte plebis; quatenus a presenti die in antea omnia sint in proprietate supradicte eccl. et potestate canoniconorum, q. in ea temporaliter constituti fuerint, habendi ad illorum usum et eccl. utilitatem. Pena dupli et arg. libr. xxx. Quod predice terre vendantur non volo ullo tempore. Act. Luca. S. m. Iordani. S. m. Truffe qd. Gerardi, Gerardini qd. Uberti, Chisalberti qd. Albolfini, Sisimundelli qd. Benedicti, Viviani qd. Menchi, Viviani qd. Pagani tt. Guinisius<sup>2</sup> not. inp.

*Originale: C. 85; Regestum B, c. 55 v. Cf. il reg. seguente.*<sup>1</sup> *Ovvero Cassaliu?* *Il Reg. B*: Cassalvi <sup>2</sup> *Il Reg. B*: Manu Guinisci

962.

*Lucca, 15 Aprile 1142.*

A. MCXLII, XVII kal. madii, ind. v. Ego Drusiana uxor Iordanii et qd. filia \* \*, consentiente mihi viro meo, interveniente notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam,<sup>1</sup> per hanc cartulam offero tibi venerabili s. matrici aecl. B. Martini confessoris omnes casas et casina atque casalinos, terras cultas, incultas, donicas et massaricias, quas habeo infra iudicaria de plebe de Turre, in l. Sorbulo et in l. Casalvi<sup>2</sup> et in l. Serra et infra poium atque montem atque castellum, qui v. Montecatini, et in l. et fin. Villora et in monte et poio atque castello, quod v. Castellum Novum. Omnes casas etc. atque terras cultas et incultas, agrestes et buscareas atque laboratorias, quas habeo et mihi pertinent in predictis locis per cartulam donationis antifatti et morgincap, aut ullo modo ex parte viri mei, una cum massariis, prefatas massaricias regentibus, offero, quatenus ab hodie sint in proprietate suprascripte aecl. et potestate canonicorum, q. temporaliter in ecl. ordinati fuerint, habendi ad suum et eiusdem aecl. utilitatem. Pena dupli et arg. lib. xx. Act. Luca. Omnia, que obtuli, nolo ut ullo tempore vendantur. S. m. Drusiane, vir eius sibi consensit. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Truffe.<sup>3</sup>

*Originale: C. 86; Regestum B, c. 55 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII: Cartule Iordanis qd. Cecii conversi nostri • •, in Arsina. Il Reg. B ha: Drusiana etc. obtulit omnes terras etc., que sibi pertinebant in locis et confinibus suprascriptis (cf. il reg. precedente) Montiscatini et aliis, excepto Vurno, ratione sue dotis etc.*

<sup>1</sup> Segue insimul *espunto*. <sup>2</sup> Ovvero Cassaliu? <sup>3</sup> Segue come nel reg. precedente; solo qui manca: Sisimundelli qd. Benedicti

963.

*Lucca, 25 Luglio 1142.*

A. MCXLII, VIII kal. aug., ind. v. Nos Topertus qd. Fридiani et Ghisla iugalis et filia qd. Gotifredi, consentiente mihi Ghisla viro meo, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Tealdo abb. eccl. et mon. S. Petri, quod est in l. u. d. Putheule, ad proprietatem mon., nostram portionem, q. est medietas, de duabus petiis de terris in l. et fin. Carraia, prope plebem S. Pauli; una tenet: caput cum uno latere in terra S. Reparate, aliud caput in terra S. Michahelis, que d. ad Forum, et predice S. Reparate, aliud latus in terra Teperti et de suis consortibus; secunda, ibi prope, tenet: caput in terra suprascripte S. Reparate, aliud in terra filiorum qd. Signorecti et de filiis qd. Rofredi et Alfieri Poppi, latus in terra suprascripti Teperti, aliud in terra de Avocatis et suprascripti Alfieri et Er-

manni qd. Uberti cl. et Petri Rofredi. Hanc portionem de duabus petiis, (q.) sunt inter ambo cum iusta pert. mensurate mod. i et sist. xv, et si plus invente fuerint, vendimus et tradimus. Receperimus pretium, duocentum quattuor sol.<sup>1</sup> den. Luc. Pena dupli et arg. lib. x. Act. Luce. S. m. iugalium, Topertus coniugi sue consensit. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Petri qd. Ildebrandi. Ascuini qd. Gotifredi, Bucicani qd. Petri tt. Wiilielmus not. imp.

*Originales:* H. 148. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Wilielmus:* Topertus et Ghisla, consensu viri et notitia Manfredi, per fustem investierunt Fridianum presb. et monacum suprascripti mon., quod deinde ipsi vel eorum heredes non facient litem vel molestiam monasterio aut monachis de alia medietate de suprascripta terra, quam Cannella germanus Toperti pro anime sue remedio obtulit mon. Pena: x libr. arg. et consulut et treguanorum Luc. Presentia suprascriptorum tt.

<sup>1</sup> Le parole ducentum quattuor sol. sono scritte su rasura.

964.

28 Novembre 1142.

« Venditio Tromberti de melioramento de terra in Cilliano, u. d. Campolungo, canonice S. Martini, sub conditione, si non redderet ad certum terminum, sol. xx. A. Domini MCXLII, quarto kal. decembris ».

*Regestum A, c. 18 v.*

965.

28 Novembre 1142.

« Robertus qd. Benedicti vendidit Alberigo presb. et cammerario eccl. S. Martini, ad utilitatem ipsius eccl., omne ius et melioramentum, quod habebat super una petia terre, q. est in confinibus Carrarie u. d. Campolungo; et quam terram tenebat a dicta eccl. Manu Ughi not. (A.) m<sup>o</sup>c<sup>o</sup>XLII<sup>o</sup>, III<sup>o</sup> kal. decembris ».

*Regestum B, c. 14 v.*

966.

1142.

« Refutatio a Gottifredo Rosso de parte predicte terre<sup>1</sup> et de una cultra in Savalliana; quam similiter tenebat a nobis. A. Domini MCXLII<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 10.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 958, cui si riferisce.

967.

1142.

« Venditio Guilielmi qd. predicti Lei<sup>1</sup> qd. Homodei de predicto suo melioramento predicte terre Rolanduccio qd. Bonieri de Curte Regis. A. Domini MCXLII ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 27 v.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 893, cui si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: Hanc tenuit postea Casanus a nobis; pro quo Baldieccione.

968.

*Ripoli, 28 Dicembre 1142.*

A. MCXLIII, v kal. ian., ind. v.<sup>1</sup> Ego B(e)atrice iugalis Bulgarini qd. Singnorecti et filia qd. Albertini, consentientes michi vir meus, ubi interesse videtur notitia Rolandi et Ugiccionis consubrini mei et ff. Ugolini qd. ( \* \* ), a quibus secundum legem interrogata sum, per hanc cartula dono et trado tibi Guillecta f. mea omnia ex omnibus casis et terris seu meis mobilibus et immobilibus, quantas michi sunt pertinentes ex parte suprascripti viri mei per cartula donationis vel per (s)criptum morricappi vel per aliqua scriptiones sive pactiones vel per obligationes in quibuscumque locis, veluti in l. Vicecclo aut in l. Ripule aut in (i)storum distracta vel in distracto de S. Miniato et in aliis villis et castellis, in terra vel in aqua. Recepit meritum, anulum unum aureum. Pena dupli. Act. Ripule, non longe a Ficecclo. S. m. Beatricis et Bulgarini, q. consensit sue uxori. S. m. interrogatorum. De omnia suprascripta reservavit sibi Beatrice usufructum, dum sua vita erit. S. m. Perucci qd. Guidonis, q. vocatus fuit Scoptus, et Guidonis qd. Singnorecti et Ingelgocti de Pistoria, Boni qd. Bonomi de Pisscia et Guillelmini, q. v. del Mondo de Luca, tt. Bernardus not. sacri pal.

*Originale: Q. 82. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Bernardus: Et repromissum rogavit Beatrice, consensit ei vir suus, ad defendendum omnia sua donatione a sua predicta filia et a suis ereditibus, pro se et sui ereditibus, a pena libr. LX den. Luc.; et ipsa datio sit semper firma; cum suprascriptis tt. et dotale et ego predictus not.*

<sup>1</sup> Nel dicembre 1142 correva l'ind. greca VI.

969.

*Lucca, 31 Gennaio 1143.*

A. MCXLIII, prid. kal. febr., ind. vi. Ego Rolanducius, prenominatus Penducorus, f. qd. Federighi per hanc cartula in permutationem do et trado vobis Arnolfi et Pagani gg. qd. Guidi duas petias de terris, q. sunt campi, in l. et fin. Tassignano; una d. in Fontana; tenet: unum caput in terra et media fossa de filii Antelmini et filio Gottefredi et filii qd. Brunecti, aliut in terra Anselmuci qd. Rodulfi cl., latus unum in terra nostra gg., aliut in terra et media<sup>1</sup> fossa Caroni qd. Bonifatii not.; secunda u. d. Natrimondi; tenet: unum caput in via publica, aliut in terra Verdilie uxori Ascini, latus in terra suprascripti germani et suprascripti Caroni, aliut in terra vestra gg. A vobis recepi in permutationem unam petiam de terra, q. est ca(m)pus, in l. et fin. Tassignano u. d. a Piano; que: unum caput tenet in terra et media fossa Renbo qd. Gottefredi et de eius nepote, aliut cum uno lato in terra mea, aliut latus in terra et media fossa filiorum Antelmini et in terra filio Gottefredi et in terra filiorum

qd. Brunecti qd. Ricchielle ; que est per mensuram star. xv, vel si amplius fuerit. Pena dupli. Act. Luce. S. m. Penducori. S. m. Martini qd. Gerardi et Enrichi qd. Gerardi et Folcheradi f. Rolandi tt. Ugo not. regis.

*Originale:* H. 58.

<sup>1</sup> et media ē su rasura.

970.

*Lucca, 20 Febbraio 1143.*

A. MCXLIII, x kal. mar., ind. vi. Manifestus sum ego Oddolinus qd. Iohannis, quia vos Petrus archipresb. et Albericus et Oddo et Guarnierius et Lotterius presbiteri et Gerardus diaconicis eccl. et canonice S. Martini per hanc cartulam libell. nom. ad censem perexolv. dedistis mihi illam quartam portionem, et quantum plus est, pertinentes suprascripte eccl., quam pater meus habuit per libellum de illa terra, q. esse videtur in l. et fin. Massa Macinaria u. d. Curte, sicut invenitur per capita et latera. Dedisti, ut deinceps in antea in mea et de meis heredibus sit potestatem eam habendi et usumfructuandi. Vobis et vestris successoribus omni anno reddere debeamus, in suprascripto l., den. vi Luc. et xxviii star. de musto, ad palmentum, ad star. quod solitus sum. Pena: arg. libr. v. Duo libelli. Act. Luca, intus suprascripta canonica. S. m. Oddolini. S. m. Guilielmini del Mundo, Martini qd. Dominici, Gratiani qd. Cenamelli, Cichi qd. Ugolini, Lupicini qd. Pandulfini, Guiscardi f. Nicolecti, Ugolini f. Carbonis tt. Henricus not. imp.

*Originale:* S. 119. *Nel verso, da mano del sec. XII: Appalus ab Oddolino in Massa Macinaria u. d. Curte. In sept. vi den. et xxviii star. de musto.*

971.

*Lucca, 14 Aprile 1143.*

A. MCXLIII, xviii kal. madii, ind. vi. Nos Villanus qd. Lieti (et) Guasdia iugales et filie qd. Villani Bacari, consentiente mihi Guasdie marito meo, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartula donamus et tradimus tibi Guido, prenominato Guardaincoppo, qd. Bonoti nostra portionem, q. est sexta portio, vel si plus est, de tribus petiis de terris, que sunt prata, in l. et fin. Turingana; una tenet: unum caput in terra Massese, alterum in terra filiorum qd. Rolandi qd. Sassi et aliquantulo in terra, (quam) tibi de subto donavimus, latus in terra Buthiga et aliquantulo in terra suprascriptorum ff. qd. Rolandi, aliut in terra qd. Cantarelli; secunda tenet: unum caput in terra, quam tibi supra donavimus, alterum in terra Buthiga, latera anbo in terra suprascripti Rolandi et de germani sui; tertia tenet: capo<sup>1</sup> in terra de prato

de ospitale S. Petri Maioris, alterum in terra suprascripti Rolandi et consortibus suis, quam detine(n)t homini da Massa, latus unum in terra filiorum qd. Ubaldi da Canpo, latus \* \* in terra, quam detinet Ubaldino qd. Georgi, que fuit de plebe de Computo. Inrevocabiliter tibi donamus et tradimus, retento nobis usumfructum, dum aliisquis ex nobis vixerit. Recepimus meritum, anulum aureum. Pena dupli. Act. Luce. S. m. iugalium, Villanus coniugi sue consensit. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Zabulini qd. Robertini et Enrici qd. Landini cl. et Martini qd. Andree et Raineri, prenominato Bico, qd. Villani tt. Ugo not. regis.

*Originale: S. 76.*

<sup>1</sup> capo è nell' interlineo.

972. *Villa Basilica (Lucca), 25 Aprile 1143.*

Breve recordationis ad memoriam abendam, qualiter intus plebe S. Marie de Villa Basilica, presentia bonorum homminum quorum nomina super leguntur, Rubertus et Rolandus gg. qd. Ciculi pro remedio anime eorum et patrum<sup>1</sup> nostrorum<sup>2</sup> per fustem, quem eorum tenebant manibus, investivit presb. Fredianum et prior de eccl. et mon.<sup>3</sup> S. Petri de Potheuli tali modo, quod ipsi gg. et eorum heredes et proheredes deinde in antea habent dare et solvere pensionem per singulum annum den. iv Luc. monete ad Tedaldum abatem de suprascripto mon. et sui successoribus, ad opus et utilitatem eccl. et mon. Pena: arg. libr. iv. In presentia: Ildebranducci qd. f. Villani et Ildebrandi qd. f. Bonifili et Brunecti qd. f. Guarnelli, consules de suprascripta Villa, et aliorum plurium. (A.) MCXLIII, vii kal. madii, ind. vi. Toscius not. sacri pal.

*Originale: R. 103.*

<sup>1</sup> patrum è nell' interlineo. <sup>2</sup> Così l'orig. per suorum <sup>3</sup> mon. è nell' interlineo.

973. *Lucca, 16 Ottobre 1143.*

A. MCXLIII, xvii kal. nov., ind. vii. Ego Guillielmus qd. f. Bonii per hanc cartula pro anime mee remedio offerro tibi eccl. et canonica S. Martini omnem acti[onem] et locationem et tenimentum et melioramentum atque omne ius, que michi pertinet, de omnibus terris et rebus, quas modo habeo et detineo per tenimentum vel per aliquo [o]rdine a suprascripta eccl. et canonica. [In]revocabiliter offerro; retento michi usumfructum, dum vixero. Pena dupli et arg. [li]br. x. Act. Luce. [S. m.] Guillielmi. [S. m. ...]cheeti (?) qd. Boni et Ughicionis qd. Martini, Abaldini

qd. Gerardi et Viviani qd. Petri et Corso [...] tt. Ugo not. regis.

*Originale: O. 6. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Ugo: [Guill]ielmus fecit finem et refutationem in manum Guarneri presb. et camararii canonici de omnibus suprascriptis rebus, et [obligavit se] suosque heredes, sub pena arg. libr. x, si de suprascriptis rebus aliquo modo egerit aut causaverit. [...]. Suprascripti tt. et die. Nel verso, da mano coeva: Cartula offensionis Guigelmi de l. Masse Macinarie etc.; e da mano del sec. XII-XIII: [...] in eccl. S. Marie de Scopiccio (?).*

974.

*Lombrici (Lucca), 20 Novembre 1143.*

A. MCXLIII, XII kal. dec., ind. vii. Nos Ildibrandus et Guido gg. qd. Ugonis et Sibilla uxor suprascripti Guidonis et filia Sichieri, consentiente mihi Sibille viro meo, ubi interfuit notitia patris mei et Ugolini g. mei et f. suprascripti Sicheri, a quibus interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro nostrorum parentum animarum<sup>1</sup> remedio ac salute offerimus tibi Deo, ad eccl. edificandam et cimiterium habendum in onore b. Mathei apostoli et evangeliste et b. Donati ep. et confessoris et b. Lucie virginis, unam petiam de terra, q. est castanietum, in l. Montisciano, infra quam et partem terre canonice S. Martini predicta eccl. et cimiterium fieri debet; et tenet: unum caput cum ambobus lateribus in terris nostris, quas nobis reservamus, sicut signa et termini positi sunt, alterum caput in terra prediecte canonice. Offerimus, ut deinceps in antea nostra oblatio sit in proprietate suprascripte eccl. et in potestate illorum sacerdotum rectorum, q. ibi fuerint et in ea officium Deo fecerint, eam habendi et utendi atque fruendi<sup>2</sup> ad eorum usum et ad utilitatem prediecte eccl. Pena dupli. Act. Lumbrici, intus curia nostra. S. m. gg. et iugalium, Guido uxori sue consensit, Sicherius et Ugolinus propinquorum Sibille interfuerunt. S. m. Ughiccionis qd. Fralmi, Gradaloni qd. Sifredi, Glocti eius f. Raimundi qd. Anselmi, Belloni qd. Martini tt. Niger not. imp.

*Copia del sec. XII di Lambertus Rom. imperii iudex et not.: C. 16.*

<sup>1</sup> animarum è nell' interlineo. <sup>2</sup> La carta ha: fruenti

975.

*Canonica di S. Martino (Lucca), 31 Gennaio 1144.*

A. MCXLIV, prid. kal. febr., ind. vii. Nos Petrus archipresb. et Albericus et Manfredus, Carus et Lottarius atque Guarnerius presbiteri et Amatus et Alexius atque Vurnus diaconi et Ardicio et Lanbertus atque Romeus subdiaconi et Guilielmus acolitus et canonici eccl. et episcopatus S. Martini per hanc cartulam, locationis nomine, ad censem perexolv., ex parte suprascripte eccl., dare videmur tibi Traine

qd. Iohannis octo petias de terris; prima est vinea et querctetus insimul in l. et fin. Plebe S. (Stefani) et prope eandem plebe et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra de filiis Rolandi qd. Sassi, latus unum in terra prediecte eccl. et plebi S. Stefani et in terra de suprascriptis ff. qd. Rolandi, alterum in rio, q. d. (\* \*); secunda est in suprascriptis confinibus Plebis S. Stefani u. d. \* \*, que est silva, et tenet: unum caput in terra eccl. et mon. S. Pontiani et in terra Villese [...], caput in terra Sornachi qd. Allucci et de suis consortibus, latus unum in terra suprascriptorum ff. qd. Rolandi, alterum in terra S. Iustine; tertia est campus, in l. et fin. Pa[r]athana u. d. Canpora Martini Becti, quam detinet ipsem Martinus, et tenet: unum caput in terra et media fossa filiorum qd. Roffredi et suorum consortium, alterum cum uno latere in terra et media fossa Ildebrandi Advocati, aliut latus in via publica; que est cum iusta pert. mensurata star. VII et tertia pars unius star.; quarta est campus, in eodem l., quam detinet iandictus Martinus, et tenet: unum caput in terra et media fossa Petri qd. Follis et suprascriptorum ff. qd. Rolandi et suprascriptorum ff. qd. Roffredi et filiorum qd. Ferolfi et S. Salvatoris de Cantignano, alterum in terra et media fossa filiorum qd. Gunditi et suprascripte eccl. S. Martini, latus unum in terra et media fossa Henrici Spiafame, alterum in terra et media fossa prediecte eccl. S. Martini et suprascripti Petri qd. Follis; que est cum iusta pert. mensurata mod. II et star. VIII; quinta est item campus, u. d. in Cilliano, quam detinuit qd. Saltellus de Plebe S. Pauli, et tenet: unum ca[put] in via publica, alterum in terra suprascripte eccl. S. Martini, latus unum in terra et media fossa S. Iustine et aliquantulum in terra et media fossa Arman[necti?] cl., alterum in terra et media fossa suprascripte eccl. S. Martini; que est cum iusta pert. mensurata mod. I; sexta est campus, u. d. in Canpolongo, quam detinet Gusmarectus qd. Carincionis, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra suprascripte eccl. S. Martini et aliquantulum in terra et media fossa eiusdem eccl., latus unum in terra et media fossa Franceschi qd. Rolandi, alterum in terra et fossa iandicte eccl. S. Martini; septima est campus, in eodem l., et tenet: unum caput in terra suprascripte eccl. S. Martini, alterum in terra et media fossa filiorum qd. Uberti Guadardi et suprascriptorum ff. qd. Roffredi, latus unum in terra et media fossa suprascriptorum ff. qd. Roffredi, latus unum in terra et media fossa suprascriptorum ff. qd. Rolandi, alterum in terra et media fossa supradicte eccl. S. Martini; que [ejst] cum iusta pert. mensurata inter istam et suprascriptam petiam, quam detinet Gusmarectus, mod. I; octava est campus, in eodem l. [...], et tenet: unum caput in via

publica, alterum in terra et media fossa suprascriptorum ff. qd. Rolandi, latus unum in terra et media fossa supradicte eccl. S. Martini, alterum in terra et media fossa eccl. et canonice S. Reparate et suprascripti S. Martini, quam detinet Bernardus f. Bonefile; et est cum iusta pert. mensurat[a star.?] xviii, et manet item in biscocca. Item dare videmur tibi medietatem de duabus petitis de terris, quas detinet suprascriptus Gusmarectus; prima est campus, in suprascripto l. Canpolongo, et tenet: unum caput in terra et media fossa suprascriptorum ff. qd. Rofredi, alterum in [terra et] media fossa eccl. et mon. S. Bartholomei de Silce et suprascripti Franceschi, latus unum in terra et media fossa predice eccl. S. Martini, unde tibi medietatem per libellum [dedi]mus, alterum in terra et media fossa Franceschi; qu(e) est per mensura star. xxiv; secunda est campus, in suprascripto l. Cilliano, et tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latere in terra et media fossa eccl. S. Petri de Curtina, alterum latus in terra et media fossa Longarelli qd. Gerardi; que est cum iusta pert. mensurata star. iv. Dare videmur, ut deinceps in antea in tua et de tuis heredibus ac proheredibus sint potestate eas habendi atque fruendi. Nobis nostrisque successoribus ac prosucces- soribus per singulos annos, in mense ian., in suprascripta canonica S. Martini, ad partem suprascripte eccl., den. xii Lue. monete red- dere debeatis. Pena: arg. libr. c. Duo libelli. Act. in canonica suprascripte eccl. S. Martini. Petrus archipresb. ss. Manfredus presb. ss. Amatus (diac.) ss. Ardicio subdiac. ss. Presb. Oddo ss. Villanus subdiac. ss. Lanbertus subdiac. ss. Albericus presb. et can. ss. Alexius Lue. diac. ss. Opitho subdiac. ss. Carus presb. ss. Lottarius sacerdos ss. Presb. Guarnerius ss. Vurnus Lue. diac. ss. Romeus subdiac. ss. S. m. Ughicionis et Henrici gg. qd. El- dibrandi, Leucci qd. Gualandi, Petri f. eiusdem Leucci, Martini qd. Vitalis, Paduli f. Guiducci tt. Gattum not. imp.

*Copia del sec. XII, di Henricus not. imp.: O. 126. Dopo la sottoscrizione di Gattum segue di mano di Henricus: Traina dedit canoniciis LX libr. pro supra- dicto libello; quas expense fuerunt ad utilitatem suprascripte eccl., scilicet in recuperamento suprascriptarum terrarum et in aliis utilitatibus. Suprascripti tt. [...]. Nel verso, di mano pure di Henricus: Exemplar acquisti de ter- ris etc.*

976.

Lucca, 3 Febbraio 1144.

A. MCXLIV, III (no)n. febr., ind. vii. Nos Padule et En- rigus gg. ff. Guidi Offerti per hanc cartula, loco pingnoris, da- mus et tradimus atque obligamus tibi Saracino qd. Guidi Greghi nostra portionem, q. est septem portionem, de una petia de terra, q. est ortale, in l. Lunata, prope plebe; que tenet: unum caput

